Jnterrogatorium siue Con fessionale utilissimuz pro rectoribus Ecclesiaꝝ.



Voniam audiui te sæpe Reuerendissime præsul sacerdotum nostræ tempestatis ignorantiam moresq́ uæhemēter ingemiscere: præcipue eorum: quibus animarum cura demandata est: teq́ non modo arbitrari: uerum cōpertum habere ob illorum cæcitatem multos ruere: i æternumq́ ignē cum ipsis pariter præcipites ferri. (Neq́ equidē aliter fieri potest: quomodo .n. cæcus ducatum præstabit) magnam propterea diligentiam subeundam: neq́ ullam sanguinis amicitie ue in conferendis ecclesiis præsertim parrochialibus rationem habendam: quoniam de cōcedentis manibus cōmissarum ouium sanguis in districti iudicii examine ante tribunal illius: cui nihil est ignotum requiretur cogitaui debere saltem animarum curam exercentes lepram a lepra scire discernere: casusq́ conscientie explicite intelligere tales obligari: ne eorum culpa misera anima: qua nihil pretiosius: æternum naufragium patiatur: quod: ut facili⁹ unusquisq́ cōsequi possit: ab opusculo totiēs per te laudato: quod Venerabilis frater Bartholomeus chaymus Mediolanēsis ordinis minorum uir insignis integerq́ ædidit: omisis allegationibus legis diuinæ: sanctorum patrum pōtificumq́: quibus optime quicquid scripsit: tuetur: interrogatorium siue confessionale non tantum rectoribus: sed & omnibus Christi fidē sequētibus perutile necessariumq́ meo iudicio excerpsi: quare post salubres constitutiōes tuas: quas superioribus diebus tuo iussu publicaui tradam: si tue dignitati uidebitur imprimēdum: & bene Vale.

Iacobus Carrarinus seruus tuus dedititissimus.



Otandum est primum q confessor peccatorem uenientem ad confes/sioēm benigne dulciter & charitatiue recipere debet: & ut secure pru/denter & discrete procedat: quia in processu audientie confessionis pe/nitentis sepiꝰ occurrunt aliqua: propter que confessor cognoscit se nō debere nec posse de iure ipsum confitentem absoluere: debet ante omnia de huiusmodi inuestigare diligēter: ne si post audientiam peccatoꝝ confitentis aliquod tale impedimentum inueniens uelit eum recusare: seu sibi absolutionē denegare moleste ferat: & merito de ipso cō/fessore possit cōqueri: quia turpius eicitur: quum nō admittitur hospes. Secundo debet cōfessor penitētē interrogare: si se ad cōfessionē prparauit & conscientiam suam quantum potuit diligēter exa/minauit: si reperit impreparatum & non bene dispositum: remittat eum suadendo: ut se diligenter preparet: & precipue: si oportet confiteri generaliter uel de multo tempore: & non sit periculum in mo/ra instruendo eum: & ut facilius reminisci possit omniū peccatorum suorum: primo discutiat uitam suam: discurrendo diuersas etates .s. pueritie: adolescentie: uirilitatis: & senectutis: secundo cōsideret diuersos status scilicet uirginalem: uidualem: matrimonialem: & religiosum: tertio diuersas fortunas prosperitatis: aduersitatis: sani/tatis: & infirmitatis: quarto diuersa officia: & exercitia: quæ plerunq exercuit: quinto diuersas societates: cum quibus est conuersatus: sexto diuersa loca: ciuitates: castella: uillas: & domos: i qbus fuit: septimo consideret diuersas culpas: quibus deum offendit: corde: consentiendo ore loquendo: & opere adimplendo. Si uero preparatum & bene dispositum inuenerit: uel non adsit tempus ad preparandū ex corde tamen doleat: de huiusmodi negligentia: & procedat interrogando: de casibus sequentibus.

Sex sunt casus: in quibꝰ tenetur quis iterare confessionē: duo ex parte cōfessoris: & quattuor ex parte cōfitētis.

PRimus casus est: si confessori defuit potestas absoluēdi: quod potest contingere dupliciter: aut quia confessor habet potestatem arctatam: quo ad aliquod peccatum confessum: ut si confitens confitetur aliquod peccatum: cuius absolutionem sibi reseruauit eps: & tamen de facto ipse confessor ab illo absoluit hoc.n.casu confessus illi sacerdoti: quum de hoc sibi constiterit tenebitur: iteꝝ confiteri superiori: illud idem peccatum: numero a quo non potuit absolui: Alia autem: a quibus potuit absolui a proprio sacerdote: superiori iterare non tenetur: nec hoc casu dicitur confessio diuisa: qa ex quo omnia peccata sua integre confessus ē proprio sacerdoti: absoluens secundo perficit ꝙ inceptum erat: aliqui tamen ecōtra: aut quia confessor nullam habet potestatem absoluendi ordinariam seu delegatam: puta: quia non erat sacerdos licet reputaretur: uel irregularis: uel carens titulo erat intrusus: aut excōmunicatus: aut suspensus ab officio: & huiusmodi. Nam absolutus a tali quum ei constiterit de hoc: tenetur iterum eadem peccata confiteri: quia realiter non erat absolutus: quamuis ignorantia probabili durāte quo ad deum excusetur: sed potest sic distingui: aut impedimētum sacerdotis absoluentis: est iuris diuini: ut quia non fuit baptizatꝰ: seu nō fuit sacerdos ordinatus: & hoc casu absolutus a tali hoc agnito tenetur iterum confiteri: aut est iuris humani: seu dispositiui: ut si est excōmunicatus: seu suspensus: & huiusmodi: & tunc si impedimentum est notorium: ut quia publice uerberauit clericum: uel manifeste est intrusus carens titulo ecclesie curate: nec est a superiore confirmatus: & consequenter non habet ullam potestatem super parrochianos illius ecclesie: tali confessus tenetur iterum alteri confiteri: si uero impedimentum est occultum: confitens tamē scit: illud cō fitendo illi peccat mortaliter cōmunicādo ei in diuinis: & iterum tenetur cōfiteri: si uero nescit illud: quia & sibi & aliis ē occultum: puta quia percussit clericum nullo uidente: hec est ignorātia facti: que excusat ideo hoc casu non tenetur iterare: quamuis postea illud impedimentum fuerit detectum: secus si hoc nesciret ignorantia iuris puta scit illum excōmunicatum: & tamen credit ab illo posse absolui: hoc in casu non excusatur: secundus casus est propter ignorantiam confessoris: puta nescit ligare: uel soluere: seu discernere inter mortale & ueniale: & consequenter: nec rite absoluere: & sic ille q

scit talem esse confessorem: & alium querere negligit: quum possit: tenetur eadē peccata numero confiteri alteri idoneo confessori: tertius est ex parte confitentis cum tribus sequentibus: scilicet quādo scienter & aduertenter tacuit: uel omisit peccatum aliquod mortale: uel de quo credit: seu probabiliter dubitauit: utrum fuerit mortale: seu etiam omiserit scienter eius necessariā circunstantiam: de quibus infra dicetur: quia his casibus sic cōfitendo peccat mortaliter: & non solum si tacuit scienter: sed etiam si omisit ex obliuione seu ignorantia affectata: uel crassa: puta: quia de peccatis ante cogitare noluit nec adhibuit diligentiam pro ut lege cum humana permittit fragilitas: si tamen talis confessorem non mutat: & cōfessor habet memoriam aliorum peccatorum sufficit illud idem peccatum numero quod omisit: & fictionem confiteri ei & reliqua in genere: si uero mutat confessorem omnia iterare tenetur: secus autem si ignorātia probabili aliquod etiam peccatum omisit mortale: quia tunc non tenetur iterare: nisi quod omisit. Quartus casus est: quando penitens penitentiam sibi iniunctā scienter & deliberate absq; legitima causa omisit: seu non compleuit: quia tunc tenetur iterare confessionem: si penitentie oblitus est: & ultra hoc peccat mortaliter: secundum Scotum: sed omittēs penitentiam sibi iniūctam: si recordatur: semper potest perficere: & perficiendo non tenetur iterare precipue: quando non est sibi perfixus terminus. Quintus casus ē: cum quis ficte ad confessionem uadit & sine contritione: puta quia non dolet de peccatis omnibus: uel non intendit ī futurum abstinere ab eis: seu etiam non intendit facere: id ad quod ex precepto tenet᷑: puta cōmunicare in pascha: circa tamē hunc casum sunt uarie opiniones: & dicunt quidam: ꝙ sicuti in baptismo ficte accedēs: licet tunc non recipiat rem sacramenti: tamen recedente fictione recipit sic de penitentia: sed prima tutior opinio. Sextus casus est: ut cum tēpore: quo confessus fuit erat excōmunicatus: quia siue sciret se excōmunicatum: siue ignoraret probabiliter: uel etiā oblitus fuisset tenetur iterare confessionem: quum hoc postea nouerit: qa ligatus excōicatiōe: siue maiori: siue minori: nō potuit absolui a peccatis: quū excōicat⁹ nō sit capax sacramentoꝝ ecclesiæ: & sic prīa absolutio fuit nulla: & licet ignorantia probabilis preseruet eum a culpa: & a poena irregularitatis: non tamen facit eum non esse excōmunicatum.

¶ Tertio interroget eum confessor: utrum nouerit se ab aliquo iudice esse excõmunicatum: uel utrum inciderit in aliquam excõmunicationem iuris cõmunis: papalem seu episcopalem: uel etiam i sententiam alicuius constitutionis synodalis: uel prouincialis particulariter: inuestigando de aliquibus casibus excõmunicationis: secundũ conditionem persone: & precipue de constitutionibus illi⁹ diocesis: ꝓuincie: uel etiam a legatis factis: & si reperit eum excõmunicatũ: primum & ante omnia absoluat eum ab excõmunicatione: si auctoritatem habet: sin autem: remittat eum ad habentem: uel si talis penitens foret in articulo mortis: possit tunc absolui.

¶ Quarto debet confessor interrogare penitentem: cuius uite sit & scientie: cuius status conditionis: cuius artis: uel officii: si matrimonio ligatus: uel non: si religioni: quomodo sit obligatus: uel astrictus: si ex substantia licite acquisita uiuat: uel non: si alicui aliqd debet ex contractis: uel maleficio: seu ex legato ꝓdecessorum suorum: aut alias quouis modo: si sic & transactum est tempus solutionis faciẽde non admittat eum ad confessionẽ: nisi prius satisfecerit: si põt: uel saltem a creditoribus suis dilationem obtinuerit: cum alias non possit debite cõfiteri: nec peccatum remitti: quia nõ remittitur peccatum: nisi restituit̃ male ablatũ. Si uero nihil dẽt alicui: & si in processu confessionis occurrat aliquid necessario satisfaciẽdo sit dispositus ad consilium siue iudicium confessoris satisfacere deo & proximo: tam in rebus quam in fama admittat eu faciẽs genu flecti ad pedes eius: & ipse confessor sedeat ex transuerso: nec eius faciem respiciat: siue sit uir: siue sit mulier: ne plus quam oportet erubescẽtie ei faciat: & dicat ei ꝙ confiteatur per se ipsum sua peccata: prout nouit: ipse autem confessor dum peccator sua exponit peccata diligenter attendat. ne molestet eum: interim interrogando: nisi necessitas urgeat: ut si aliquid dicatur ita inuolute ꝙ non bene ĩtelligeret: tunc faciat a confitente bene declarari: ut sciat quid sit acturus: & si deprendat casum ad se non pertinere: uel confitẽtem ad aliquam restitutionem obligari: uel super peccato: quod exponitur aliquã specialem prouisionem oportere fieri: statim ei dicat: ne ĩ processu oblinuiscatur: & similiter interroget de circunstantiis peccatorum: si a penitente sine eis peccatum cõmissum dicatur: ut infra dicet̃: & iuxta grauitatem peccatorum & conditionem confitentium: quo ad ar/

guendum peccata confessor prudenter se habeat: & non pariformi ter ad omnes: sed cum simplicibus se dulciter habeat: eos diligentes de modo confitendi instruendo: Rudes & rusticos: ne eorum pecca ta enormia reputent leuia durius increpando: sapientes: & eruditos urbanius corripiendo: induratos & insensatos acriter arguendo: & quantum fieri potest uerbis & exemplis ad compunctionem inducē do: & terrorem extremi iudicii eis icutiēdo: mulieres seueritate qua dam honesta corripiendo: superfluis colloquiis penitus resecatis: de ipsis se expediendo: contra quosdam: qui quottidie i cōfessorio cum eis: confabulantur: & eis longas faciunt p̄dicationes. propter quod & ipsi multū tēpus amittunt: & aliis sepe occasionē scādali tribuūt.

De interrogatione circunstantiarum peccatoꝝ.

SCiēdum: ꝙ non sufficit cōfessorem solum audire ea: que sibi a peccatore dicuntur & de aliis ipsum nō iterrogare: nisi per/ sona confitens sit in his bene perita & timorata: ut sciat se sufficien ter confiteri: quod raro contingit modernis temporibus: quum pau ci circa hoc debitam diligentiam adhibeant: & multi sunt adeo sim/ plices: ꝙ nisi iterrogentur: nunquā uere confitebuntur: & ꝙ maius est: multi: qui secūdum seculum sapientes censentur: in pertinētibꝫ ad confessionem ignorantes penitus reperiuntur. ex quo concludi/ turꝗ postꝗ penitens confessus est per se ipsum ea: que nouit: debet confessor ipsum interrogare: de his: que omisit: aut minus plene di xit: & hoc cōtra multos cōfessores ignaros: q simpliciter audiunt.

De modo interrogandi: quem confessor debet tenere.

COnfessor audiendo peccata cōfitētis studere debet pro posse: in principio a confitente remouere uerecundiam: non expri/ mendo statim magnitudinem seu grauitatem peccatorum: sed dissi mulando transeat usꝗ ad finem confessionis: & tunc exponat ei eo rum magnitudinem & grauitatem incipiens a minoribus terrorem incutiendo: & ad compunctionem & contritionem prouocādo: & i interrogationibus tria debet confessor obseruare primo ꝙ quilibet interrogetur de peccatis: que consueuerunt in hominibus illius sta

tus & conditionis cōmuniter reperiri: secundo ꝙ interroget a remotis de peccatis & in genere & non explicite: ne forte si statim ad speciem peccati: quam ignorabat descendat: illud adiscat & sic quodā/modo ad illud inducatur exempli gratia: si confitetur se commisisse peccatum carnale: non statim querat. si se manibus polluit & huiusmodi: sed solum interroget de modo & cum quibus: tertio ꝙ in peccatis carnalibus non descendat nimis ad particulares circunstātias: non necessarias: quia hoc posset esse occasio temptatiōis in utroqꝫ: uel saltem scandalum ipsius confessoris: si aliqñ confitens referret aliis ꝙ interrogauit eum sic & sic: si igitur uir confitetur se polluisse mulierem extra uas debitum: nō querat confessor in qua parte corporis & quomodo: sufficit. n. ꝙ habeat ultimam speciem peccati.

De quibus circunstātiis habet necessario interrogare confessor.

Quia non solum debet confessor interrogare confitentem de mortalibus: sed etiam de circunstantiis: primo uidendum est de numero earum: secundo quæ sint de necessitate confessionis: Ad primum dicēdum: ꝙ circunstantie: quibus peccatum aggrauatꝰ uel alleuiatur sunt septem: que cōtinentꝰ in hoc uersu: quis: quod: ubi: quibus: cur: quomodo: quando: Ad secundum uō dicēdum: ꝙ solum circunstantie trahentes in aliam speciem sunt de necessitate confessionis: nec oportet confessorem scire totam peccati quātitatem: qa nec ipse peccator scire potest: sed sufficit ꝙ cognoscat quantitatem: que ex specie peccati consurgitꝰ: nec oportet secundum totam peccati quātitatatē penā taxare: & he circunstantie pertinentes de necessitate ad cōfessorē: & aliam speciē peccati trahētes psūt esse octo. ¶ Prima est cōditio rei seu persone: ut si peccatum fornicationis ē cōmissum: īterrogetur utrum cum religiosa seu deo dicata: quia sic est sacrilegium: si cum coniugata ē adulterium: si cum cōsanguinea uel affine est incestus: secunda est modus peccandi: quia si cogno/gnouit mulierem modo innaturali: ex tali modo ultra prīcipale peccatum fornicationis sacrilegii uel adulterii seu incestus inducitꝰ alia species peccati mortalis. s. sodomia. Tertio est locus quando scilicet peccatum cōmittitur in loco sacro seu diuino cultui deputato: tunc

enim inducitᵉ alia species peccati mortalis: scilicet sacrilegiũ. Quarta est tempus quum id cõmittitur peccatum mortale in festo: inducitur alia species peccati mortalis: quia ultra ꝓpriam deformitatem sue materie: ex hoc ꝙ cõmittitur ĩ festo habet aliam deformitatem impugnantẽ. Tertio precepto de sanctificatiõe sabbati: sed an idẽ sit quãdo peccatum committitnr in die ieiunii precepti ab ecclesia: uidetur ꝙ sic. Quinta est numerus quia quotiens quis cõmittit aliquid illicitum: puta furtum totiens peccat mortaliter: quum sint diuersi actus & in singulis actibus est peccatum mortale essentialiter: ideo de necessitate oportet explicite confiteri circunstantiam numeri. Sexta est qualitas idest si peccatum ẽ secretum uel publicum: quia si publicum inducitᵉ alia species peccati mortalis: que est scãdalum. Septima est inductio uidelicet si in peccato: quod cõmisit cum proximo ipse fuit principalis causa prouocando suadendo: & huiusmodi: quia ultra principale peccatum cõmittitur homicidium spirituale multo grauius quam corporale: octaua est accidẽs: quia sepius quis cõmittit multa peccata ꝓpter aliud peccatum: quod cõmittere quererit puta intermittendo nuncios uel secum ducendo socios & huiusmodi: & sic habes circunstantias peccatorum mortalium necessario confitẽdas: que scilicet trahunt in aliam speciem seu genus peccati mortalis: & de his speciebus debet confessor interrogare nõ solum quantum ad peccata operis: sed etiam cordis: seu uoluntatis: quum sint diuersa peccata non solum materialiter: uerum etiam formaliter: si igitur quis confitetur solum mente mulierem deliberate cõcupisse: interrogandus est utrum mulierem solutam: uel nuptam: uel uirginem: uel deo dicatam: quo tempore &c quia hec omnia faciũt illud peccatum esse diuerse speciei: Sed ꝙ horum sit grauius an peccatum uoluntatis tantum: an operis potest dici: ꝙ si uterqꝫ peccantium ex equali amore mouetur: & ꝙ in utroqꝫ sit plena uoluntas potest dici: ꝙ unum peccatum dicitur alio grauius tripliciter: aut ratione maioris contemptus dei: aut ratione maioris libidinis: seu delectationis: aut ratione maioris damnificationis. Quantum ad primum non dicitur maius peccatum uoluntatis quam operis: quia uoluntas plena ad peccatum sic per se a deo auertit: sicut ẽ cum opere coniuncta. Quantum uero ad secundum: dicitur grauius maxime quantum ad peccatum carnale: quo quidẽ homo peccat diuersimo/

de: similiter quantum ad tertium .s. ad damnificationem: quoniam addit supra uoluntatē: peccatum & grauius dicitur maxime peccatum: quo quis peccat in proximum.

Ordo interrogādi primo de articulis fidei secundo de sacramentis ecclesie. Tertio de decem preceptis. Quarto de peccatis mortalib⁹. Quinto de opibus misericordie.

Circa articulos fidei interroget confessor confitentem: utrum sciat simbolum apostolorum .s. credo in deum &c. & competenter intelligat: adeo ꝙ in eis nullum habeat cōceptum erroneum: oportet .n. quemlibet adultum eos credere diuersimode: tamen implicite credere omnes articulos: est fidei diminute: explicite autē & distincte credere omnes articulos non est de generali fidei necessitate nisi forte illis: qui fidem aliis explicare tenentur: ut doctoribus: predicatoribus: prelatis: & curatis: credere autem quosdam explicite: & quosdam implicite: ē fidei ad salutem necessari⁹ etiam omniū simplicium. Tenētur etiam quicunq simplices explicite credere articulos: quos manifestant eis: non solum predicatio: sed etiam ecclesiasticus usus: & consuetudo: sicut est de unitate & trinitate: quam possunt nosce ab ipso actu consignationis: consignant .n. se innomine patris &c. Idem de natiuitate: passione: resurrectione: & peccatorum remissione: quos cognoscere possunt: ex ipsis solemnitatibus: quas ecclesia celebrat ex actibus sacerdotum: ideo ad horum cognitionem nullus ratione utens excipitur: nec ignorātia excusatur. Articulos uero non ita manifestos tenentur: tñ credere implicite. implicite autem credere: uoco: ut in generali credāt uniuersaliter omnia: que credit sacrosancta mater ecclesia: ita ꝙ in particulari a nullo dissentiant: nec aliquem articulorum discredant: si persona confitens sit rudis: que de dictis articulis paruam aut nullam habeat noticiā: confessor interroget eum: utrum ex corde doleat de preterita negligentia: & proponat sc̄dm capacitatem suam: illos addiscere simul & pater noster: & si nesciret: ipse exponat sibi uulgariter dictos articulos: si potest. Item interroget utrum ex corde credat omnia: que credit sancta ecclesia & utrum doleat: si contra dictos articulos: & fidē catholicam: hactenus mente: uel uerbo inciderit in aliquem errorē:

ut q non sit alia uita preter istam & huiusmodi.

De septem ecclesie sacramentis.

PRimo confessor interroget: utrum sciat sacrameta ecclesie: precipue que sunt cōmuniter necessaria: uidelicet baptism⁹: confirmatio: siue crisma: penitētia: eucharistia: & extrema unctio: de sacramento ordinis: & matrimonii: primo utrum credat baptismum necessarium fore ad salutem: & per ipsum debite suscipienti remitti omnia peccata tam respectu pene: quam culpe. Secundo utrum credat: & sciat chrisma: seu confirmationem ad salutem necessariam: quia & si non simpliciter: eius nihilominus contemptus damnabilis est secundū quosdā: & tunc contemptor quis reputatur: quando habita sufficienti opportunitate recipiendi: illud renuit: aut notabiliter negligit. Tertio utrum sciat: & credat penitentiam: & confessionem peccatorum ad salutem necessariam: nec aliter posse deo reconciliari post baptismum existentem ī peccato mortali: utrum quotiens peccata memorie occurrerunt: habuerit contritionem de eis: & propositum confitendi: actu uel affectu: nā ad hoc tenetur: utrum existens in peccato mortali: statim actualiter confessus est: habita copia sacerdotis idonei: quia ad hoc tenetur in his casibus. Primo ratione periculi: ut si periculum mortis immineat: puta belli: uel maris: uel quum mulier est in partu: uel quum quis est in quouis alio mortis articulo constitutus. Secundo ratiōe sacramēti: puta quum quis uult ordinem sacrum recipere: celebrare: uel cōmunicare: q nemo debet presumere non confessus: copia sacerdotis idonea oblata: & necessitate non urgente. Tertio ratione stimuli. s. conscientie ut quum conscientia sibi dicat quod statim debet confiteri. Quarto ratiōe: dubii: ut si habeat casum: a quo solus papa: uel ei⁹ penitētiari⁹ potest absoluere: & modo habet copiam eo℞: & dubitat ne illam ī futurum habeat. Nam his quattuor casibus existēs: in mortali statim confiteri tenetur: & si differat peccat mortaliter. Quarto utrum credat: & sciat sacramentum sacratissime eucharistie omnibus ad salutem necessarium: post annos discretionis: q qdē ad hoc sunt in femina anni duodecim: in masculo quattuordecim: & utrum credat in eo transformari panem ī corpus: & uinum in san

guinem: diuina potestate: & q sub utraq; specie sit totus & integer Christus essentialiter: & penitentialiter: quo ad diuinitatem: & humanitatem. utrum sumpserit illud singulis annis semel cum debita reuerentia: preparatione: legitima cōfessione & penitētia. Quinto utrum credat extremam unctiōem necessariam ad salutem adultis in articulo mortis ex infirmitate seu senio constitutis: & si ipse in dicto articulo constitutus: eam petierit: paruulis autem: seu occidēdis: uel leuiter infirmantibus: non debet dari.

¶ Circa interrogationes .x. preceptorum decalogi: nota pro declaratione dicendorum hanc regulam: q omnis transgressio dictorum preceptorum est peccatum mortale: precipue qn̄ ē cōtra precepta negatiua.

Preceptum primum de colendo deum.

Hoc precepto prohibetur omnis idolatria: siue adoratio cuiuscūq; creature: siue simulachri: uel imaginis rei naturalis: primo igitur confessor interroget confitentem: si adorauit aliquā creaturam pro deo: puta diabolum: solem: lunam: uel stellas: arborē: uel herbam: & huiusmodi: quia mortale est: si fecit: uel fieri fecit: seu procurauit fieri aliquod maleficium: q fit cum inuocatione demonum occulta: uel manifesta: mortale ē: & semper prohibitum: si fecit: uel fieri procurauit aliquam incantationem cum sacramētis: uel sacramentalibus ecclesie: ut aqua baptismali: oleo sancto: & huiusmodi ob sanitatem: uel aliam causam morrale est. Si diuinauit: procurauit ue: fieri diuinationem ad inueniendū furta: uel ad sciendum aliquid sibi: uel suis futurum. Si didicit artem notoriam: uel ea usus ē ad sciendum aliqua de arte nigromantie: quia utrūq; prohibitum est: & mortale. Si ex constellationibus & planetis: sub quibus quis natus est iudicauit determinate & certitudinaliter futura hominum opera procedere: & ex talibus homines cogi ad malum: uel bonum hereticum est: si obseruauit cursus lune aut stellarum pro domo faciēda uel propter segetes uel arbores plantandas uel coniugia socianda prohibitum est: si tamen utūtur consideratione astrorum ad prenoscendum futura: que ex corporibus celestibus creantur puta siccitates & pluuias non est illicitum: licet etiam rusticis p uenitos & dispositiones lune considerare tempus seminandi: & medicis tempora po

tionum: & minutionum: si obseruauit tempora: meses egyptiorum: uel horas ad aliqd ichoandum: uel nō icolligendo herbas medicinales: quia est prohibitū: secus si ut incidat ligna: si uanitates supstitiosas obseruauit: puta suspendendo carbones in nocte natiuitate domini contra grandinem: si obseruauit somnia & ex his: que somniauit: uult de futuris & occultis diuinare & pronunciare: quia mortale est: si usus est breuibus sibi faciendo uel portando: uel ꝙ fierent procurando: quia cōmuniter sunt superstitiosa: & illicita. Nā si ibi est aliquid pertinens ad inuocationem demonum: uel si aliquid falsitatis contineant: uel aliquid illicitum sub ignotis nominibus: seu hebraicis lateat manifeste: ibi est superstitio prohibita: si uero sunt uerba diuina: & bona cauendum est: ne ibi immisceantur cum uerbis sacris aliqua uana: puta aliqui caracteres ꝑter signū crucis: aut ꝙ spes habeatur in modo scribendi: puta in cartha non nata: uel in uno tempore magis quā in alio: uel in uno loco magis quā in alio: uel per unam personam magis q̄ per aliam: puta ꝙ scribantur a ieiuno: uel tempore misse: uel in ecclesia: uel per uirginem: hec. n. omnia superstitiosa sunt & illicita: nec ignorantia debet quēquam excusare. nisi esset multum simplex: nec tñ excusatur: quum super hoc fuerit monitus: & instructus. portare autem super se reliquias sanctorum uel orationem dominicam uel uerba euangelii ex deuotione seu fiducia dei & sanctoꝝ sine predictis superstitionibus non est reprobandum: & qui habet huiusmodi breuia superstitiosa uel libros nicromantie: uel artis notorie: seu inuocationum & huiusmodi nō absoluatur: nisi eos comburat igni: si fecit uel fieri procurauit aliquā incātationem: ut supra naturam conferat sanitatem; uel infirmitatem: uel aliquod simile: quod cōuēit soli deo: siue hoc faciat uerbis: & imprecationibus: siue consignationibus: ligaturis: aut aliis: quibusuis remediis: que medicorum disciplina condemnat: illicitum est: & prohibitum. Nec ideo quia quandoq; malefici: ut incātatores egris medellam prebent: & sanis egritudinem immittere possunt: seu quia quādoq;: que diuinatores predicunt futura: eueniunt: credēdum ē: eos sed in his aliqd ꝓprie uirtutis: aut potestatis habere: sed permissu dei fit: qui omnia iusto iudicio facit: ut ipsi: qui hoc audiunt: uel uident: probentur: quali fide: uel deuotione sint erga deum. si aliquid fecit: uel fieri procurauit turpe: aut alicui comedere uel bibere: ali

quid nocuum dedit: puta mulier uero: uel alteri: ut amaretur ab eo: aut econtra: uel ut aliquis odio hret uxorem suā: q nō possit eam co gnoscere: peccauit mortaliter: & qui potest tollere maleficium: tol/ lat: quia meritorium est opera diaboli destruere intentione curandi maleficiatum: si credidit aliquam creaturam in melius: aut deterius posse mutari: aut trāsformari in aliquam speciem aut similitudinē: puta in lupum cattas: & huiusmodi: quia talem transformationem realiter fieri est impossibile: nisi a solo creatore: & qui aliter credit: est infideli deterior: apparenter uero potest fieri: patet de samuele. Si credidit quasdā mulieres ferri super baculum: & multa terrarum millia pertransire: nā hec falsa sunt: & alia fantasmata: a maligno spiritu mentibus hominum irrogantur: si credidit predictas mulie/ res: siue lamias intrare hostia clausa: & iterficere paruulos: quia fal sum ē: sed demon hoc facit: sicut filios: quos iterfecit: si blasfemauit deum: dicendo ipsum non esse iustum: uel omnia iuste non dispone/ re: sed esse acceptatorem personarum: uel nō uidere: que fiunt: aut non curare de actib⁹ hominum: uel proditorem: seu immerito puni re: & flagellare: aut non posse istud: uel illud facere: & huiusmodi: Quodlibet horum semper est mortale: quum aduertit: & intelligit: q dicit: idem si maledixit sanctos: sicut quandoq; fit ex ira: semper est mortale: quum aduertit ipsa uerba: si non doluit: de dei offensio/ nibus: & eius contemptu: si plus dilexit corpus proprium: uel aliam creaturam: uel nummos: quam deum sapit idolatriam.

Secundum preceptum est non sumes nomē dei in uanum.

Contra hoc preceptum facit omnis: q false iurat: uel sine cau sa: primo igitur confessor interrogare potest: si confitens per/ iurauit: seu false iurauit: in iudicio: uel extra semper peccauit morta liter: si hoc fecit sciēter: siue spōte: siue coacte: siue iocose: siue ēt ex lapsu lingue dum tñ aduertenter: secus si non aduertit: si iduxit uel exegit ab aliquo iuramentum: quem sciebat: uel credebat falsum iu raturum: & recipiens iuramētum erat psona priuata: peccauit mor taliter. Si uero nō credebat ipm iurare falsum: licet etiam nesciret eum iuraturum urī tm̄ ueniale: sed si exigens iuramentum sit psona publica: ut iudex ex ratione publice iusticie iuxta iudiciarium ordi/

nem cogebatur exigere: poteſt ſine peccato: & tenetur: ſi aliquid iu rauit certitudinaliter: de quo dubitabat: an ueritas ſ[it]: & ſic héret: mor taliter peccauit: precipue in iudicio: quia periculo ſe expoſuit periu randi. Secundo interroget confeſſor: ſi iurauit etiam licitum aliqd: ſed indiſcrete: & male ideſt: ſine neceſſitate: uel utilitate: & hoc deli berate: uel ex propoſito: mortale eſt: non refert qualicunq; modo iu retur: ſiue per deum: ſiue per ſancta dei euangelia: uel per ſacras re liquias: ſiue iuretur per fidem: quia idē īportaret: uel par[um] differunt: & quotiens: ſic deliberate: & ex propoſito iurauit: totiēs mortaliter peccauit: niſi uno impetu: & contextu uerborum cōtinuato pluries iurauerit: quia tunc uidetur unum ſolum peccatum: & ſic uidet[ur] q[uod] percutiens clericum pluries uno contextu & impetu nō īcidit niſi ī unam excōmunicationis ſentētiam: ſi iurauit alicui aliquid: ſic eſſe: uel non eſſe: & huiuſmodi intendens aliter: quam uerba ſonēt: ſi do loſe hoc egit: & in fraudem mortaliter peccauit: ſecus ſi ſimpliciter: & ſine dolo iurauit: uel coactus ab eo cui iuramentum preſtare de iu re non tenetur: tunc.n. non peccat: quia deus accipit iuramētum ſe cundum intentionem iurantis ſine dolo. ſ. iurauit aliquādo per cor/ pus xpi: aut caput: aut alia eius membra: non uidet[ur] peccatum: ſi p[ro] cauſa licita. ſ. p[ro] neceſſitate: uel utilitate. Si uero per modum: oppro brioſum iurauit p[er] mēbra dñi: que in aliis hominibus turpia cenſen tur: & inhoneſta: ſicut faciunt multi improbi: qui paſſim & aſſidue per ea iurant mortaliter peccauit. Si iurauit per creaturas referens ad eas principaliter aliquid numinis: mortaliter peccauit: ſi iurauit aliquid temere: ideſt q[uod] de ſui natura ſit mortale: uel q[uod] ſeruatum uer gat in interitum ſalutis eterne: peccauit mortaliter. Iurando quādo uero iuramentum ſolum uergit in priorem exitum: quod contingit ſex modis: primo quum iuratur aliquid: quod in ſe ē mortale. Sc[un]do quum iuratur aliquid: q[uod] in ſe eſt ueniale. Tertio qui iuratur indiffe/ rens aliquid: q[uod] ex circunſtātia efficitur mortale: uel ueniale. Q uar/ to quum iuramentum excludit opus ex charitate faciēdum. Q uin/ to quum excludit opus de genere bono[rum]. Sexto quum excludit op[us] indifferens pia intētione: p[ro] deo: aut pro p[ro]ximo faciendum: ī primis autem tribus quilibet ſic iurans auctoritate propria: poteſt contra/ uenire: ſed imponenda eſt ei penitentia pro temerario iuramento: Reliqua uero tria non ſunt obligatoria: nec pro trangreſſione eo/

rum uel imponenda penitentia: tanquam pro mortali: auctoritate tamen propria non expedit contrauenire: tum ꝓpter reuerentiā sacramenti: tum propter scandalum simplicium: nisi propter urgentē necessitatem: alias debet haberi absolutio: seu relaxatio a supiori: Si iurauit aliqd secretum tenere: ꝙ tractatum ē in concilio: uel aliud ꝙ sit periculosum reuelare: si aduertēter reuelauerit: peccauit mortaliter: ipse & qui eum suasit ad reuelandum sciens esse secretum. si iurauit seruare statuta loci: uel ciuitatis iusta transgrediendo scienter peccauit mortaliter: si tamen aliquod statutum est abrogatum p contrariam consuetudinem: quia quottidie per omnes fit cōtrariū: & multo tempore non uidetur periurus: si non seruet illud: si ꝓmisit cum iuramento se facturum aliquid licitum ad honorem dei: uel sanctorum: & non intēdebat seruare: mortaliter peccauit: si autem intendebat seruare: sed ueniente termino: quo debebat implere promissum: non impleuit: quum tamen posset licet cum incōmoditate sua peccauit mortaliter. idem est si iurando aliquid promisit homini: ꝙ daret ad certum terminum: quia si non impleuit: quum posset elapso termino: peccauit mortaliter: nisi ille: cui promisit ante terminum: relaxaret iuramentum quod potest facere: si promissum cedat solum in utilitatem eius: secus si talis promissio concernat honorem Dei: uel sanctorum: uel utilitatem cōmunem: uel alteri⁹ tertii: si autem ꝙ promisit: non potuit implere: excusatur pro tunc a peccato: quousqꝫ poterit: si iurauit ex impetu aliquid: super quo si plene deliberasset: nō iurasset seruare: tenetur secundum quosdam: si est licitum. Quis autem possit a iuramento absoluere uel dispensare no. spec. in titulo de legato. parafo nunc ostendendum.

De admiratione siue adiuratione.

INterroget confessor: si adiurauit aliquem per inuocationē diuini nominis: uel per reuerentiam alicuius rei sacre: qa: si hoc facit alicui non sibi subdito per modum coactionis intendens eum obligare ad aliquid faciendum: sicut se ipsum obligaret iurando: illicitum est & mortale: quia usurpat potestatem in alium: quam nō habet: si uero hoc facit erga subditos astringens eos tali genere admirationis: licita est eo casu: quo liceret eis precipere: alias nō: & tunc

adiuratus tenetur illud facere: uel dicere: alias peccaret mortaliter: si adiurauit demones ad aliquid sciēdum uel obtinendum ab eis per modum precis: est illicitum & mortale: nisi fieret ex consilio familiaris spiritus sancti: uel ex quadam simplicitade querēdo ab obsessis a diabolo: Adiurare autem eos per modum coactionis: ne nobis noceant: licitum ē. Si in cantilenis fabulis seu in narrationibus turpibus & amatoriis miscuit scienter deum uel sanctos: mortale est.

De trangressione uotorum.

INterroget confessor: si trangressus est: seu omisit implere aliquod uotum licitum: & si aduertenter: quum posset: semper ē mortale: & totiens quotiens est transgressus: secus si ex obliuiōe uel impossibilitate: si uouit aliquod malum se facturum: ut uindictam: uel aliquod bonum non facturum: siue maioris profectus impeditiuum: ut non ingredi religionem: & huiusmodi mortale ē: nec seruare tenetur: immo auctoritate propria contrauenire potest: si nimis tardauit implere: quod uouerat: propter quod omnino excidit a memoria: uel uenit in statum non ualendi implere: quum bene pri⁹ potuisset: uidet' mortale: idē quotiens dimisit ꝓpositum īplendi: quum tamen posset: si uouit absolute & sine temporis prefixione: tenetur statim implere: quum potest alias si sub conditione: uel cum temporis prefixione: non tenetur nisi extante conditione: uel die determinato: nisi ex hoc immineret periculum: non ualendi implere puta is: qui uouerat intrare religionē: si ex mora timet impedimētum: tenetur non differre: si uouit aliquid licitum se factuꝝ propter malum finem: grauiter peccat: & non tenet uotum: si existens proprie potestatis fecit uotum abstinentie: seu peregrinationis: & dubitat: utrum possit implere: uel non: & sine dispensatione: seu cōmutatione: seu consilio: sui superioris: uel confessoris: quum de facili possit habere recursum ad alterum ipsorum: frangit: mortale uidet'.

De uotis subditorum.

SI existens sub alteri⁹ potestate: puta uxor: impubes: pupillus: & seruus: uouerit abstinentiam: uel peregrinationem: & hu

iusmodi sine consensu potestatem habentium: non tenetur: nisi ta/
cite uel expresse ratificetur per eos: puta per uirum: patrem: tuto/
rem: & dominum: nec isti peccant reuocando uota subditorum: nec
subditi peccant non implendo uota: & in talib9 uir & uxor nō sunt
adimparia iudicādi: excepto uoto ultramarino immo plus. uotum:
quod ante matrimonium contractum uxor emiserat: uel cui uir se/
mel consenserat: sine peccato ex iusta causa potest etiam reuocare:
idem de puberibus: ꝙ de impuberib9 dummodo ipsi puberes sub pa
tria potestate sint constituti: nisi patres consentiant expresse uel ta/
cite: sed forte non esset malum dicere: quod pater uota filii uir uxo/
ris & econuerso irritare possunt: inquantum derogetur patris pote
stati: uel maritali seu coniugali: ideo secus: si aliquis predictorum uo
ueret dicere psalterium: uel aliquid huiusmodi: ꝙ posset facere sine
lesione iurium predictorum: dicunt tamen aliqui ꝙ etiam impubes:
si doli capax sit: & fecerit uotum abstinētie uel peregrinationis uel
aliud huiusmodi: ꝙ debet illud implere: posteaquam patriam exierit
potestatem: quia se obligauit deo quod potuit: sicut & per delictum
se obligare potest diabolo: cum talibus tñ est faciliter dispensandum
uel cōmutandum: idē uidet̃ dicēdum de uxore: que ad ꝑceptum ui/
ri fregit uotum abstinētie: ꝙ eo mortuo tenetur exeq uotum suum:
& idem de aliis sub alterius potestate cōstitutis: quia licet eorum uo
ta sint irritata ab eorum superiori cessante prohibitione tenentur
ea seruare: si fecit aliquod uotum stultum: ut non pectere caput in
sabbato: lauare man9 in bacili & huiusmodi ēt si pro honore sancto
rum fecerit: sunt talia uota potius deridenda: quā obseruanda: si fe/
cit uotum sub conditione generali uel speciali: & cōditio aduenerit
uotum seruare tenetur: si non aduenerit non tenetur: nisi taliter uo
uens se obligare omnino intendebat etiam si intentum suum nō se/
queretur: si existens in aliquo periculo uel āgustia emisit aliquod uo
tum: puta mulier in partu uel quis alius in mari seu alibi si habuit de
liberatam intentionem obligandi se obligatus est: secus si subito &
indeliberate nisi postmodum ratificetur: quamuis igitur licitum qs
mente uotum proponat: non tamen propositum complere tenetur:
nisi deliberatio precesserit: ad uotum. n. tria de necessitate requirun
tur. Primo deliberatio. Secundo propositum uoluntatis. Tertio pro
missio: in qua ratio uoti perficitur: & in uoto possunt attēdi tria ini/

tium confirmatio & cõsumatio: iniciatur uotum quum propositum in mente seminatur: & cognoscit homo illud esse bonum: quod pro ponit non tamen aliquid deliberat: ideo ex hoc non obligatur quo ad deum nec quo ad ecclesiam. Confirmatur cum super proposito figitur & firmatur deliberatio: & ex hoc obligat quo ad deum: cõsumatur cum propositum deliberatum ore uel alio actu extrinseco exprimitur: & hoc obligat quo ad deum: & quo ad ecclesiam.

De dispensatione uotorum.

Circa dispensatiõem uotorum tene pro regula: ꝙ qñcunq; aliquis uouet: uel ꝓmittit aliquid facere: quo facto: uel aliquid non facere: quo uel non facto: cedit in detrimentum salutis anime: uel peccatum mortale incurritur: non est seruandum uotum: nec iuramentum: nec pactum: nec consuetudo: nec lex: nec ꝑceptum: nec aliquod uinculum firmitatis: Si uero uotum ẽ licitum auctoritate superioris: & ex causa potest dispẽsari: seu cõmutari: & potest eṗs: uel eius superior omnia uota ex causa dispensare: uel cõmutare ĩ meliꝰ: prèter ea: que sunt ei expresse ꝓhibita: & pape reseruata: que sunt quattuor: primum est uotum continẽtie seu castitatis: qđ solus papa potest dispensare ex magna causa: potest tamen eṗs dispensare super uoto de non petendo debitum coniugale secundum quosdã. Secundum est uotum ultramarinum. Tertium est uotum de uisitando limina apostolorum. Quartum est uotum sancti Iacobi: ceteri uero prelati & confessores episcopo inferiores: licet a peccato trãgressionis uotorum: possint absoluere: quum non sit de casibus reseruatis: uota tamen de iure cõmuni non possunt dispensare: nec cõmutare: & sic de consuetudine seruatur: exceptis tamen prelatis religiosis: Nam omne uotum: quod quis fecerit in seculo: si ingrediens religionem actualiter seu habitualiter intendit: illi amplius non teneri in uotum religionis cõmutatur: & ipso ĩgressu liberatur. Si uero intendit ingrediendo religionem ẽt obligari ad illud: remanet obligatus: tamẽ postquam hoc deuenerit ad noticiam prelati sui: ipsum ab illis absoluere poterit: precipue si tempore professionis eius prelatus hoc ignorabat: in religione uero religiosus nõ potest aliquid sine sui prelati licentia uouere: nisi forte eẽt quod minimum: ex quo nil ma

li admirationis seu scandali uenire potest: puta orationem & huius/
modi: & si alias: uouerit non debet sine prelati licentia exequi: casu
igitur quo uotum dispensari: seu cōmutari debeat: confessor multa
habet cōsiderare. Primo causam licitam: ut si quis uouit abstinētiā:
uel peregrinationem: & est senex debilis: uel infirmus: uel ei⁹ absen
tia est multum damnosa reipubli. uel occasio alicuius magni mali:
uel multum uerisimiliter redemptio: seu cōmutatio uoti melior: &
deo gratior: uideatur quam uoti adimpletio: tunc cōmutet aut redi
mat: secundo considerare debet qualitatem persone uouentis: hoc
ideo dico: quia si uotum est peregrinationis & uouens est robustus:
cōmutari potest in uigilias: & ieiunia: si uouens est diues & debilis:
potest cōmutari in elemosinam: & si uouens elemosinam est fortis
& pauper: potest cōmutari in itinerationem: & ieiunium. Tertio de
bet considerare maiorē utilitatem: expedit enim utilitatem reipubli
ce preferre utilitati priuate: potest & considerari: ꝙ licet uouens sit
fortis & ieiunare & peregrinari possit: tamē uult edificare ecclesiā:
hospitale: uel puellas dotare: uel pauperes reficere: & uestire talis
enim & tāta poterit esse redemptio: ꝙ erit magis utilis: & grata deo.
Quarto debet confessor considerare facultates uouentis: laborē &
expēsas itineris: ad locum tñ peregrinationis mittēda est oblatio: q̄
uouens ibi facturus erat: at quidā dicunt de honestate nō necessita/
te: sed ego credo de necessitate: quia ex tali pollicitatione: quesitum
iam est ius illi ecclesie.

Tertium preceptum est sabbata sanctifices.

Hoc precepto precipitur tempus aliquod uacationis deo depu
tandum & indeterminate & hoc modo precipitur dies domi/
nica tempore gratie: sicut dies septima tempore legis mosayce: quia
talis uacatio secundum tempus aliquod indeterminatum est prece/
ptum morale legis nature: secundum uero quod precipitur aliquod
tempus uacationis determinatum: uacatio diei dominice ē morale:
ex institutione diuina per ministerium ecclesie: ideo circa hoc tem/
pus ecclesia potest dispensare necessitate: uel pietate exigēte: & no/
ta ꝙ feria diei dominice incipit a sero diei naturalis precedētis: usq̧
ad occasum solus ipsius diei dominice: idem de aliis festis ab ecclesia

preceptis: est igitur cessandum diebus festis ab omni opere seruili: quod duobus modis accipitur: primo pro peccato: qui.n.facit pecca tũ: & licet omni tempore peccatum sit damnabile: quum sit tempo/ re determinato uacationi diuine eo maxime est damnabile: quia qui tali tempore peccat: duobus peccatis peccat non ratione actus: sed ratione reatus: sicut qui deflorando interficit uirginem duplici/ ter peccat uno actu: interficiendo scilicet: & stuprando: alio modo prohibetur. opus seruile pro ut determinatur ab ecclesia: poterit igi tur confessor super hoc precepto sic formare interrogatiões: primo si fecit diebus dominicis: uel aliis festis: aliquod opus mechanicum: uel manuale: uel agriculturam: uel huiusmodi: quia peccauit morta liter: excusatur tamen tripliciter primo ex necessitate: que non pos/ set differri: ut si iacentibus segetibus in agris: aut fenis in pratis: imi net tepestas: uel pluuia: que corrumpat: aut deterioret & seu gratia uindemiarum: uel messium ob necessitates hominum: uel ẽ pericu lum hostium: aut ueniant inundationes aquarum: aut huiusmodi: hac de causa excusantur etiam minutiores & fabri: si principaliter propter necessitatem & non propter cupiditatem: hoc faciunt idẽ de carnificibus: & pincernis: qui in diebus festis preparãt ea: que de bent uendere in crastinum: & reliqui: qui preparant uictualia dieb⁹ festis: excusari etiam uidentur: hi: qui a dominis suis compelluntur operari diebus festis: si iusto metu ĩducti hoc faciunt: idem de equo/ rum ferratoribus: si propter necessitatẽ &: qui tales requirunt ex/ cusantur: si aliter cõmode sibi prouidere non poterant: uiatores etiã & cursores: si itinerent in festis: non credo condemnandos: siue hoc faciant pecunia siue non: Euntes autem ad mercata: que fiunt in fe stis si eunt pro aliqua sua necessitate non credo: ꝙ peccent mortali/ ter: secus si lucrãdi cupiditate: sicut solent multi mercatores: qui ꝓ/ pter huiusmodi a diuinis in festis se subtrahunt: Mercata uero: que pro quottidianis uictualibus fiunt ut taberne & hospitia nõ sunt il/ licita: dummodo propter hoc non omittantur diuina. Idem de aro/ matariis: si urgente necessitate: puta infirmorum: laborent seu uen dant non tamen ꝓpter hoc apertas apothecas tenere debent: Idem de tingentibus lanam uel pãnos: quando timetur ne tinctura peri/ clitet᷑: aut deterioret᷑: & breuiter omnia officia & exercitia: que hu/ mana necessitas exigit exerceri possunt: ut coquere panem: & alia

cibaria preparare: scribere: & huiusmodi. Secundo excusat pietas. Nam ex pietate licet causas debilium: uel miserabilium psonarum: in die dominico tractare: & alia pia opera facere: unde exceptis die/bus dominicis & maioribus solemnitatib⁹ christi: possunt arari agri pauperum & alia eorum opera fieri: precipue si sic se habet᷒ consue/tudo regionis: quam scit episcopus loci & non reprobat: & talis sit paupertas: ꝙ hoc exigere uideatur: in precipuis uero festiuitatibus: licet aliquid circa edificatiōem ecclesiarum: locorum sacrorum: ho spitaliumq̨ presertim eorum: qui redditus non habēt: ut si oporteat portari lapides: conduci ligna: & huiusmodi: que alias uix uel nun/quam cōmode fieri possunt: non tñ propter hoc omittantur diuina: nec per totam diem laborent. Tertio excusat operis paruitas: ut mo dica itineratio: & modica opera hominis: qua molēdina ad uētum: seu ad aquam exercentur: seu mouentur: secus autem de aliis molē dinis: & si existens dominus uel pat. fam. seu patronus fecit fieri a subditis suis aliquod opus seruile diebus festis: exceptis predictis tribus casibus peccauit mortaliter ipse & subditi: nisi iusto metu fe/cissent: uel nisi aliter quam ab eo uictum & necessariam acquirere possunt pro sustentatione nature proprie ac suorum. Si per totā diē festi uacauit uenationibus: quia licet de se nō sint mortalia possunt tamen ex circunstantiis fieri mortalia: si diebus festis fuit deditus ebrietatibus & cōmessationib⁹ supfluis: qa si ex certa sciētia nimiū se ingorgitauerit uel biberit: peccauit mortaliter: si diebus festis iuit ad spectacula illicita: & quia quodlibet mortale diebus festis cōmis/sum duplicatur: ideo de huiusmodi est confitendum in specie: si in fe stis preceptis audiuit missam integram: sicut tenetur: nam si omisit ex contemptu uel cupiditate lucrādi uel alia irrationabili causa: pu/ta eundi ad solatium: seu etiam ex negligentia seu ignorātia crassa peccauit mortaliter totiens quotiens omisit audire totā: secus si omi sit ex causa rationnabili: uel ēt si ex causa minus iusta q̄sq̨ āte finē misse discessit: dummodo sine scandalo aliorꝫ discedat. Quod āt qs audiat missam in parrochia sua in festis antiquissima consuetudine abrogatum ē: quam papa scit & tolerat: quod autem qs audiat mis/sam a simoniaco concubinario & huiusmodi ex quo prelati super hoc: & male: non prouident: non uidentur confitentes simulandi.

¶ Itē si ad missam prexit ieiunus: & studuit audire cum deuotiōe: si

quum potuit i festis ad predicationem ire curauit: quia si ex contem ptu ire noluit: de facili mortale ibi esse potuit.

De Ieiuniis.

SI obseruauit indicta ab ecclesia ieiunia per totum anni circu lum.s.quadragesimam: quattuor temporum & uigilias festi/uitatum: natiuitatis dñi: pēthecostes: assumptiōis: beate Marie: Ioā nis baptiste: omnium apostolo℞ ꝓterq̄ Philippi & Iacobi: omnium sancto℞ & beati Laurentii: & ea que epi indicunt in suis episcopati bus: ad hoc enim omnia ieiunia quilibet post annum .xxi. tenet sub precepto iuris positiui: & quilibet amittens ea ieiunare ex contem ptu uel sine rationabili causa peccat mortaliter: secus si ex causa ra tionabili frangit ieiunium credēs ꝓbabiliter: ꝙ si legis lator adesset eum in tali casu obligari nollet: nec talis transgressor est precepti: & ieiunium soluunt tria primo pluralis comestio. Scdo carnis refectio. Tertio nimis notabilis hore preuētio: ex his patet ꝙ multi excusan tur a ieiunio iusta de causa: etas infra annum .xxi. infirmitas: debili tas: ciborum penuria: paupertas: peregrinatio: & quando causa nō ieiunandi est euidens: potest quilibet per se licite ip̄m ieiunium omit tere: secus si non sit causa euidēs nisi quum de facili non potest quis ad superiorem recurrere pro dispensatione & incipit dies quo ad ie/iunium: a media nocte: interroget deinde si in die ieiunii pluries co/medit sine dispēsatiōe uel causa legitia: qa peccauit mortaliter. Nō tñ dicit quis pluries comedere: licet sumat aliqua: que de se nō sunt principaliter ordinata ad comedendum seu nutriendum sed ad aliū usum: puta uinum aquā electuaria: que licet aliquo modo nutriant nō tamē hic ē eo℞ principalis usus: nisi fieret i fraudem: ut eis quasi aliis cibis uteretur in magna quantitate ad famem extinguendam: & potest circa ieiunia ab ecclesia statui ꝙ bis in die comedatur sed parum comedatur in prima uite: sicuti faciunt cisterciēses: nec fran gunt ieiunium ecclesie: idem ꝗ d seruitoribus nobilium religiosorum & lectoribus mense: si in diebus ieiunii abstinuit a cibis prohibitis: nam si cibaria prohibita comedit fregit ieiunium: & carnes uniuer saliter iterdicunt in omni ieiunio ecclesie: idē de ouis: caseo & aliis lacticiniis in ieiunio quadragesimali: in aliis autem ieiuniis: de ouis

& lacticiniis diuerse consuetudines sunt apud diuersos: quas quis/que seruare tenetur secundum mores eorum: inter quos conuersa/tur. Si in diebus ieiunii notabiliter anticipauit horam comedendi si/ne legitima causa: soluit ieiunium: & consequenter peccauit mor/taliter: hora.n.comedendi congrua in diebus ieiuniorum est circa horam nonam: si tamen per modicum tempus ante comedatur: pu/ta hora sexta non propter hoc frangitur ieiunium: maxime quum in multis locis iam inualuerit consuetudo q illa hora comedat: tar/dare autē post nonam non est peccatum nisi fieret ex superstitione: si ieiunando ex debito uoti uel precepti aliquid de sero comedit: pu/ta panem aut fructus per modum cibi ad nutriendum uel etiam cō/fectiones in magna quantitate fregit ieiunium: secus si modicum qd sumpsit p modum medicine: ne uinum stomachum dilauet. Bibere autem ante prandium uel post non frangit ieiunium: si alicubi exi/stens tempore ieiunii ieiunauit secundum morem & cōsuetudinem loci ut tenetur unde beat.amb.beat. Augustino de hoc consulenti ait: tu ad quam ecclesiam ueneris ei' mores serua: si cuiq̄ nō uis esse scandalum nec quēquam tibi: ex quo innuitur quod Mediolanēses ante suum carnisprivium extra suum territorium se repientes tenē/tur se ceteris in ieiunio confirmare a quarta feria cinerum usq ad suam quadragesimā. Similiter peccant ex consuetudine patrie pro/prie comedentes carnes die sabbati uel alio tēpore: si alibi comedāt ubi non est talis consuetudo: qui uero in patria sua nō cōsueuerunt comedere si sis Mediolani uel alibi ubi est consuetum se reperiant: co/medēdo carnes non peccant.

Quartum preceptum ē: habeas in honore parentes

Honor: qui hic precipitur filiis exhibere parentibus consistit in duobus scilicet in reuerentia & subuentione: in reuerētia tripliciter.s. in affectu: effectu: & in signo: in subuentione.s.corpo/rali etiam tripliciter: scilicet in solatio uerborum: i seruitio operum: in exhibitione necessariorum: ideo circa hoc preceptum possunt sic firmari interrogationes: primo si obediuit parentibus in omnibus: que pertinent ad necessitatem eorum & dispositionem seu utilita/tem rei familiaris. Nam ad hoc tenetur ex precepto alias mortali/

ter peccat si fuit cōtumaciter inobediens: si obediuit etiā in his: que pertinēt ad disciplinam bonorum morum: nam ad hoc tenetur maxime ī his: que sunt ad salutem necessaria. Si dilexit eos cordialiter ut tenetur: Nam alias peccauit: & si aliquādo deliberate optauit eis mortē quocūq͂ respectu mortaliter peccauit: si uerba opprobriosa uel contumeliosa eis intulit: irrisit: maledixit uel blassemauit uiuos aut defunctos: mortaliter peccauit: si eos signo uel facto notabiliter inhonorauit uel dispexit: mortaliter peccauit: si eos sciēter ad iram notabiliter prouocauit: mortale ē: secus: si non ex proposito. Si eos non supportauit uel nō subuenit: quum posset precipue in magnis necessitatibus uel infirmitatib⁹ corporalibus: mortaliter peccauit: si eos uoluntarie uerberauit etiam leuiter: est mortale: si eos prohibuit testari in uita uel in morte: aut impediuit ne disponerēt pro anima sua: seu a restitutione retraxit: & hac de causa prohibuit sacerdotes aut alios ad eos accedere: mortaliter peccauit: si nō impleuit legata parentum & predecessorum suorum ad pias caus s: quia si multum distulit ultra tempus per eos statutum: cum posset implere licet cum incōmoditate: grauissimum peccatum mortale cōmisit. s. rapine: furti & sacrilegii: & q͂ magis est fidem negauit & est infideli deterior & cogendus est per episcopum & hereditate priuandus. Si patris uota: que morte preuentus adimplere nequiuit satisfecit post eius mortem: Nam quilibet heres tenetur adimplere: quecunq͂ realia eius: qui eum instituit heredem: sicut & debita: si uires hereditatis patiuntur: legittima tamen filio reseruata. Alia uota personalia non tenetur: nisi pater ei iniunxerit in ultima uoluntate.

Quintum preceptum de non occidendo.

NOtādum: q͂ tribus modis committitur homicidium corporale. s. uoluntate casu: & necessitate: homicidium uero uoluntarium: etiam quadruplicitei cōmittit̄. s. facto. dicto. cōsilio & precepto: unde sic possent firmari interrogatiōes: primo si sponte manu occidit aliquem: & si patrem uel matrem: filium: uel fratrem: seu extraneum & qua de causa: quia peccauit mortaliter: si pater filiā: uel frater sororem fornicantem occidit mortaliter peccauit: si uir uxorem propter adulterium: uel uxor uirum propter odium: seu amorē

adulteri occidit mortaliter peccauit: si mulier grauida q̄siuit abor/
sum per medicinas: uel labores nimios: uel aliter: quia peccauit mor
taliter: ipsa: & quecunq; persona ei ad hoc cōsulens: uel cooperans:
etiam si non sequatur effectus. Si uero sequatur effectus: & puerpe
rium iam erat formatum: q̄ fit i masculo. xlvi. dieb9 in femina. lxxx.
tunc homicidium cōmittitur: per eam: & per cooperantem: uel con
sulentem. Si mater uel nutrix suffocant filium: quem tenet iuxta se
in lecto inaduertenter eum opprimens: mortale uidetur: si ꝓpter ei9
culpam uel negligentiam notabilē: si procurauit p uenena sterilita
tis: aut aliquid alicui mulieri fecerit: uel ad potādum dederit: ut nō
possit generare aut cōcipere: uel nasci soboles: peccauit mortaliter:
& dicitur homicida: si dedit mala medicamina turpis amoris causa
alicui: non ut occideret: & tamen moritur mortale est: & punitur ac
si occidisset: quia dedit operum rei illicite: si occidit aliquem a casu
preter intentionem dando operam rei illicite: ut in ludo noxio sicut
ad saxa: & huiusmodi: uel rei licite etiam: sed non adhibendo dili/
gentiam debitam: ut proiciendo tegulas e tectis non clamando: non
excusatur a mortali: si mulier grauida dedit causam aborsui etiam
preter intentionem: ut quia nimis corizauit: uel alias nimis lasci/
uiendo: uel grauibus oneribus se submittendo: non uidet' excusari
a mortali. Si ex necessitate uitabili: uel etiam ineuitabili: ad quam
deuenit ex culpa sua: puta quia adulter cōprēsus a uiro occidit ip/
sum uirum: ut euaderet mortē: uterq; peccauit mortaliter & uterq;
imputatur culpa homicidii. Si non subuenit quum potuit existēti in
articulo extreme necessitatis reus est homicidii. Si mutilauit: uel mē
bram aliquod alicui inutile reddidit: uulnerauit: uel alias percussit
ex iniuria nō habens ex officio: mortaliter peccauit: idem si iniuste
& sine legitima causa aliquem incarcerauit: uel per uiolentiam re/
tinuit: & ad restitutionem damni tenetur: ut infra precepto: septi/
mo. Si uerbo. s. mandando consulendo ratificādo uel incitādo coope
ratus est ad mortem alicuius mutilationem: uel aliam corporalem le
sionem: uel dixit: seu fecit aliquod: ꝓpter quod sequeretur aliquod
predictorum: & mala intētione: mortaliter peccauit: & ultra pecca
tum in omnibus predictis mandans agens consulens cooperans &
inducens ad omne damnum tenetur & iteresse. Si scienter ueneno
sa: & huiusmodi uendidit: ad occidendum mortale ē. Si occidit: uel

mutilauit aliquem in loco sacro: sacrilegium cōmisit: & ecclesiā uiolauit: si per uiolētiam etiam officialis malefactorem: uel debitorem eduxerit de loco sacro: uel capere fecerit: mortaliter peccauit.

Sextum preceptum de prohibitiōe mechie.

Hoc precepto prohibetur omnis concubitus: qui est preter legem matrimonii: & quia hoc semper est mortale in omnibus speciebus: ideo tāquam necessario confitendis: debet confessor de ipsis omnibus interrogare: non tñ omnes de omnib⁹: ne quis discat peccatum: ꝙ nescit: sed a longe prout conuenit cuilibet cōfitēti prudenter semper & honeste & quum ultimam peccati speciem habuerit: ulteri⁹ nō ꝓcedat: ad alias particulares circunstātias nō necessarias propter periculum euitandum. dicitur. n. Qui tetigerit picem coinquinabitur ab ea: primo igitur interroget si solutus cognouit solutam: tunc dicitur fornicatio: & debet interrogare si talis soluta ē meretrix: uel serua: uel uidua: & si induxit eam: & si tenuit eam ꝑ concubina: & si publice quia ibi tunc est scandalum proximorum necessario confitendum: si deflorauit uirginē preter matrimonium dicitur stuprum: & si induxit eam forte promittendo ipsam in uxorem accipere: quia uidetur: ꝙ teneatur eam in uxorem accipere: in foro iudiciali: aut dotare iuxta facultatem ipsius & conditionē puelle: si cognouit uxorem alterius: uel existens ipse uxoratus cognouit solutam: hoc. n. dicitur adulterium: & est duplex si uterqꝫ est coniugatus: si intulit uiolentiam alicui: puta quia uiolenter adduxit puellam a domo parentum hoc. n. dicitur raptus siue rapuerit eam contra uoluntatem suam: siue etiam contra uoluntatem parentum: & cōmittitur non solum de uirgine: sed etiam de uidua: & Sanctimoniali. Si cognouit consanguineam suam uel consanguineā sue uxoris usqꝫ ad quartum gradum consanguinitatis uel affinitatis inclusiue: dicitur icestus: idem dico de muliere: que permittit se cognosci a consanguineo uel affine uiri sui: si cum moniali rem habuit agere: uel cum ea: que est professa castitatem: hoc est sacrilegium: idem dico si mulier cum clerico uel religioso carnaliter peccauit: si cognouit commatrē: uel eā: quam tenuit ad baptismū: dicitur icestus uel sacrilegium: idem econuerso: si procurauit pollutiōem per semetipm

dicitur peccatum immundicie uel moliciei: si masculus cum mascu-
lo: uel femina cum femina: uel uir cum muliere extra uas debitum operatus est turpitudinem: dicitur sodomia: si cum brutis operatus est nephas & bestialitas dicitur.

Septimo preceptum non furtum facies.

HOc precepto prohibetur omnis contrectatio rei aliene & retētio iniusta: uel dic ꝙ furtum dicitur dupliciter: ꝓprie.s.& interpretatiue: & utrunq; hoc precepto prohibetur: furtum proprie dicitur contractatio rei aliene ignorāte domino contra suam uoluntatem: & sic sub prohibetur etiam rapina: & usura: furtum interpretatiue dicitur omnis illicita rerum possessio: & hoc multipliciter cōmittitur: primo igitur interroget: si abstulit rem alienam ignorante uel inuito domino: non solum ab extraneo sed etiam: si filius a parētibus: uxor a uiro: seruus a domino: nam furtum est si fuerit quid notabile: uel etiam licet fuerit quid minimum habuit tam̄ uoluntatem maiora subtrahendi: & consequenter utroq; casu est mortale: & ultra hoc tenetur ad restitutionē dn̄is rerum: uel heredibus eorum. Si rem sibi mutuatam retinuit: uel alias rem alienam peruētam ad manus suas non restituit: furtum cōmisit: nisi ille tantūdem de suo certitudinaliter haberet: ꝙ non uult restituere: & ex hoc non sequitur aliquod malum uel scandalum. Si usus est re deposita: uel cōmodata ad alium usum: quam fuerit deposita uel cōmodata sine licentia deponentis: uel cōmodantis: furtum cōmisit: & tenetur de omni utilitate: quam inde habuit: nisi probabiliter presumat dn̄m rei esse cōtentum: si usus est pignore ad sui utilitatem contra uoluntatem domini: furtum cōmisit: & est mortale. Si aliquid inuenit: quod nō credit haberi pro derelicto: & animo retinendi tulit: furtum cōmisit: secus si inuenit thesaurum: qui dicitur pecunia ab ignotis dominis uetustiori tempore abscondita: & in primo casu si non reperitur: cuius sit facta diligenti inquisitione: tenetur dare pauperibus.

De rapina.

SI rapuit rem alienam uiolenter mortaliter peccauit: & ad restitutionem tenetur: & ultra hoc si commode potest: de in-

iuria lata ueniam petere debet: si pyrrata fuit depredans per ma/re quoscunq indiferenter mortaliter peccauit: & ad restitutionem tenetur & est excōicatus excōicatione papali. Si in bello iniusto ra/puit: uel etiam iusto aliquid: sed cōtra edictum domini: uel etiam de bonis subditorum iniuste bellantium: qui in tali bello non prestite/runt dominis consilium: auxilium: uel fauorem: tales.n.non sunt spoliādi: nec religiosi clerici: peregrini: mercatores: rustici euntes & redeuntes & in agricultura existentes: nec animalia quibus: arāt se minant portant: & contrafaciens mortaliter peccat: & ad restitutionem tenetur: si aliquid rapuit in bello dubio non existens subditus mouentis bellum non excusatur a mortali: & ad restitutionem te/netur: subditus uero in dubio excusatur propter bonum obediētie: si abstulit aliquid ex naufragio animo retinendi: furtum cōmisit: si mala intentione propria auctoritate combussit uillam: locum: uel segetem alienam: mortaliter peccauit: & ad restitutiōem tenet᷑: si uero quis casu uel negligentia hoc fecerit: licet in foro ciuili teneatur: in foro tamen penitentie non tenetur: nisi ex dolo uel lata culpa: si aliquid recepit a clericis de bonis ecclesie sine causa rationali: ut ꝑ aliqua turpiutdie: uel p fraudes: minas: uel iportunitatē nimiā: gra uiter peccauit: & restituer᷑ tenetur: idem de cōsanguineis clericoꝝ: qui recipiunt ab eis de huiusmodi bonis non: quia indigent: sed ut ditētur: si mutuauit pecuniam numeratam: uel aliquid eorum que usu consumentur ut frumentum uinum oleum & huiusmodi cum intentione aliquid recipiendi ultra sortem mortaliter peccauit: & usuram cōmisit: si mutuauit super pignore rei nobilis puta ueste: equo: & huiusmodi hoc pacto: ut possit uti tali pignore: usq: quo pecunia reddatur: usura est: & mortale: & ad restitutiōem tenetur. excipitur casus.c.salubriter de usuris: d quo infra: si pignus rei mobilis perdidit: seu deteriorauit tenet᷑ debitori: de dolo: lata culpa: & leui: si deposuit pecuniam penes mercatorem: uel artificem sine pacto intendens tamen percipere aliquid utilitatis ad discretionem eius: & ꝙ in omni casu saluum habeat capitale suum: usura est: se/cus si intendit participare tam de damno: q̄ de lucro: si in emptione fructuum terre uel aliarum rerum propter prematuram solutiōem: emit minus iusto precio: usura est: si uendidit aliquid ad terminum maiore ꝑcio: quā ualeat ratione dilationis: usura ē: si tutor existens:

uel curator pupillorum: seu procurator: aut factor cuiuscunq; pecu niam eoꝝ dedit ad usurā: ad utilitatem illoꝝ: ultra peccatum morta le cōmissum: si illi non possint: uel nolint restituere: ipsi tutor cura/ tor uel procurator ad restitutionem tenentur: licet aliqui dicant: ꝙ non tenentur: nisi quando principalis: in cuius utilitatem conuersa est pecunia: non fuerit soluendo: hec indubitanter uera sunt de tu/ tore: curatore & procuratore: quoniam prestant auctoritatem tali/ bus: Idem si ipsi: uel mater pupilli exigunt usuras ex contractibus usurariis factis a patre ipsius pupilli: secus de eo: qui nō probet: nisi nudum ministerium: ut sunt famuli: qui de mandato dominorum dant pecuniam ad usuram: tales.n. non tenentur restituere secun/ dum quosdā: si nil ad eos peruenit; presertim si illi alias per se ipsos aut alias usuras exercerent. Si mutuauit alicui cōmunitati: uel do/ mino cum pacto: ꝙ durāte debito non teneatur soluere collectas si/ bi: & ceteris legitime īponendas: usura est secundum quosdā. Si mu tuauit pecuniam alicui ea intentione: uel pacto: ut coquat: uel gra/ num mittat ad molendinum: & huiusmodi absq; aliqua solutione: usuras cōmittit. Si recepit aliquid in pignus: puta domum pro cen/ tum mutuatis usq; ad annum hoc pacto: ꝙ si non soluit in termino statuto cadat in cōmissum: & pignus in uenditionem: si recipit mu/ tuans in primo anno usum fructum domus non computando in sor tem elicitum: usura est. Si gener sustinens onera matrimonii acce/ pit in pignus a socero suo pro dote filie: licitum est: nec tenetur fru/ ctus pignoris computare in sortem: sed ad hoc: ut liceat non compu tare in sortem absq; usura: oportet ꝙ ista onera matrimonii sint cer ta: & si fructus non poterunt excedere quantitatem onerum: & ꝙ dos sit promissa simpliciter. Nam si gener pacisceretur de recipien/ da dote ad certum terminum: & interim perciperet fructꝰ: dicti fru ctus computarentur in sortem: quia īteresse non potest deberi ante moram: & mora non potest adesse durante termino: & oportet ꝙ di cti fructus subiciantur fortune: unde si gener non recipiat pignus: sed cautionem de soluenda dote certa die: & interim ex pacto reci/ pit a socero certos denarios: puta ad rationem quinq; pro centum: usura ē: nec obstat. c. salubriter qa loquitur de pignoris fructu sub misso diuino iudicio: presupposito tamen pro uero de cautione re/ cepta: mulier debet alimentari per patrem: quousq; dos soluatur: &

equissimum est maritum sustinentem onera matrimonii alimenta recipere a socero: non ut fructum pecunie dotis soluēdo: sed ut uxorē nutriat: & sic hoc casu aboletur omnis usura: quāuis cum hoc ēt cautionē uoluerit. Nam dcā alimēta cedunt ei loco interesse. Si mulier uidua predium uel aliud pignus recipit ab heredibus mariti pro dote restituenda: quia non habuit: unde soluant: tenetur fructus cōputare in sortem: alias usuram cōmittit secundum hostiēsem: cessat enim ratio ī ea que excusabat uirum cum socero: sit ergo cauta mulier: ut non recipiat predium: uel rem aliam: in obligatiōem: sed uel faciat eam distrahi: uel recipiat in solutum: presupposito tamen: ꝙ uiolenter detineatur dos eiꝰ ab heredibus mariti: nec potest se iuuare per uiam iusticie propter illorum potentiam: uel ipsius inopiam: uel forte etiam: quia heredes illius non sine magno sui detrimēto restituere possent dotem: que est in pecunia: nec possessionē habent: q̄ ei dent in solutum: & propter hoc mulier ne nimis eos grauet: dimittit penes eos ad tempus: non crederem illicitum: si interim ab eis recipiat alimenta: non ratione mutui: sed ratione interesse: secꝰ autē: quando hoc fieret ob utilitatem heredum. s. ut ipsi magis cum illa pecunia possent lucrari. Si mediator usure extitit: quoquo modo: qa si hoc fecit: idest mutuum ad usuram quesiuit pro aliquo absq̧ necessitate: seu ratiōabili causa: uel etiam si necessitate exigēte mutuum ad usuram tribuere renitētem induxit: mortaliter peccauit: & si hoc principaliter fecit pro lucro usurarii: ultra mortale insolidum tenet̄ restituere: si ita cooperatus ē: ꝙ absq̧ eo usuraria prestatio minime facta esset secus autem si fieri procurauit pro indigente: & ab illis: q parati sunt dare: si cooperatus est: uel causam efficacem prestitit rapine: furto: uiolentie: usurpationi: uel damnificatiōi: talis secūdum doctores tenetur in solidum restituere: nam dicitur. Iussio: consiliū: consensus: palpo: recursus: participans: mutus: non obstans: palpo: recursus. Iussio: si iussit alicui suo subdito: ut fieret: rapīa: furtum: & huiusmodi: & ex hoc eius precepto sequutus est effectus damni: quod alias non fuisset factum: tenetur restituere insolidum: licet nihil ad eum peruenerit: idē si noīe suo & post ratum habuit. Cōsiliū: si consuluit alicui predicta fieri: ita ꝙ ex suo consilio creditur probabiliter damnum datum: ꝙ alias nō fuisset datum: tenetur ut supra. Consensus: si consensum prebuit cooperationis: non mentis: tātum

nam si sine eius consensu non poterat damnum inferri: tenetur in solidum: secus si quilibet sine alio: uel plures sine illo fecissent: tunc enim tenet solum de damno: q ipse dedit uel ei⁹ causa datum est: in palpo. Si adulando laudauit aliquem raptorem: quasi strenuum: & ex hoc induxit eum ad faciendum rapinam: tenetur ut supra. Recursus: si receptauit fures & raptores: & tuetur eos: uel etiam rem raptam: quum queritur dolose occulta: tenetur insolidum leso: etiã si nil peruẽit ad eum. Participans: si participauit aliquid de rapina: uel furto consumendo in uictu: & uestitu: seu alias dono recepit: tenetur restituere: si uero huiusmodi rẽ sciẽter: & ob sui utilitatẽ emit: mortaliter peccauit: & restituere tenetur: nec potest retinerẽ preciũ: q debet pro ea uenditori. Mutus: si uidit furtum fieri: & dolose tacuit: uel scit ubi res est abscondita: & non reuellat: ut infra peccat: idem si potuit obsistere: & non fecit: uel sciens rem raptam non indicauit: quum interrogaretur. Nam his tribus casibus ultimis & mutus: qui dolose tacet: quum posset impedire: & non obstans: quum posset obsistere: & non manifestans: quum interrogatur in iudicio: si obstando: uel ueritatem dicendo: non imminet periculum sui status: uel ꝓprie persone: tenetur quilibet satisfacere: leso siue talis sit officialis: siue priuata persona extra iudiciũ uero: idem dico: quo ad officialem. Si habuit seu accepit rem alterius quoquo modo. contra illius meram uoluntatem: siue per metum: siue importunitatem: & huiusmodi: tenetur restituere: si habuit aliquid a personis: que non poterant alienare: ut a pupillo: a filiofamilias non habẽte peculium castrense: uel quasi: a muliere non habẽte bona propria: a clerico religioso: & huiusmodi: tenetur restituere eis: ad quos rei habite dominium: uel administratio pertinebat: secundum cõmunem theologorum opinionem.

De damnificatione rerum exteriorum.

SI aliquem damnificauit: non soluendo in termino: quod tenebatur: nam ratione more tenetur ad omne damnum: & interesse: si pro usuris sibi solutis debitor notabiliter damnificatus ẽ: & damna passus ex solutione usurarum puta: quia oportuit eum ab alio ad usuram accipere: tenetur usurarius ultra restitutionem usu-

rarum ad omnia damna: que debitor propter illam solutionem per/tulit: si electus fuit aliquando a cõmunitate: ut prestantiam: uel collectam: aut aliquod onus iustum imponeret unicuiq; secundum lucrum: & quantitatem census: & ex certa scientia plus alicui imposuit: quam debuit: ut illi noceat uel ut alium allcuet: minus debito imposuit: peccauit mortaliter: & tenetur lesis de omnibus damnis inde secutis: idem dico de discussoribus & extimatoribus bonorum & patrimoniorum aliorum: qui dolo odio: uel inuidia: plus uel minus extimauit: & damnificauit: nam tales peccãt: & restituere tenẽtur: Idem de messoribus agri: edificii: frumenti: uel uini: & huiusmodi: si dolo uel lata culpa inique metiantur: & generaliter ubicunq;: qs dolose uel inique facit ad id: quod assumptus est: a iudice uel a partibus: ut quum notarius assumptus ad computatioem litrerarum: uel medicus perperam refert de qualitate uulnerum: & huiusmodi: nã tenentur restituere. Si impediuit fructus prouenturos alicuius agri uel uinee arbores & semina effodiendo: aut eradicando uel alias deuastando: tenetur ad quantum extimantur fructus in dubio ualituri. Si officium: uel beneficium: q quis iam consecutus erat: & possidebat: iniuste procurauit sibi auferri: tenetur ad omne damnum & ad restitutiõem equalem. Si impediuit aliquem a consecutione alicuius officii: beneficii: ecclesie: aut cuiuscunq; muneris: puta quum aliquis uolebat alicui: aliquid legare: uel dõare: & impediuit ne hoc fieret: si fecit animo damnificandi illum: licet non teneatur restituere: tantum quantum illi ualeret bñeficium: eo q non equalis ualoris habere bonum in actu: & esse prope habere: tenetur tamen ad interesse ipsi damnificato ad arbitrium boni uiri. Si uero hoc fecit ut utilitati sue: uel amici eius magis prouideret: q̃ illi: nõ tenetur ad aliquid: quia nulli erat ius quesitum: cuilibet. ne licet potius procurare sibi & amicis suis aliquid dari uel legari: quam aliis precipue: quum indigẽt: si quoquo modo abstulit sacrum de sacro: ut calices: & paramenta de ecclesia: aut rem sacram de loco nõ sacro: aut rem non sacram de loco sacro: sacrilegium cõmisit: & restituere tenetur. De damnificatione corporum: que quadrupliciter contingere põt: scilicet per occisionem: per mutilationem: per uulnerationem: aut uerberationem: per incarcerationem: aut uiolentam detentionem: potest sic interrogari: si occidit aliquem hominem liberum quum li/

berum corpus non recipiat extimatioẽm: & damnum illatum sit ex cõmissione fiet extimatio interesse etiam extrinseci: & sic homici/da tenebitur ad mercedes medicorum: & alias expensas in curatio/ne factas: tenebitur etiam alere filios: aut propinquos: & pauperes: quos operibus manuum suarum occisus sustentabat: uel aliter sub/ueniebat: si uero occisus erat seruus: idem dicendum: ut fiat extimatio secundum ualorem serui. Si damnificauit aliquem mutilãdo manum: uel pedem: debet correspondere pena non solum ad expensas medicorum in curatione illius: sed etiam. ad satisfactionem damni: & impediti lucri pro toto tempore: quo usurus erat illo mẽbro: quo abscissus est: & habeatur cõsideratio ad artificium seu exercitium hominis mutillati: tenetur etiam truncator diues alere a se trunca/tum: nõ tamen fiet extimatio cicatricum: nec corporis deformitas. Si damnificauit aliquem uulnerando: tenetur ad expensas medico/rum: ut supra: idem si iniuste incarcerando tenetur ad satisfactionẽ iniuriarum: iudicio sapientis: & ultra hoc tenetur percussor seu in/iurie illator ꝑ aĩa occisi orare elemosinas facere: & aliquam peregrinationẽ assumere: in quantum potest: & a ceteris percussis: seu lesis pro iniuria ueniam petere: & sibi eos reconciliare.

De damno spirituali morum.

IN bonis naturalibus anime: nec moꝝ põt quis directe alium damnificare: sed bene indirecte dupliciter uel in acquisitis uirtutibus: que per uitia corrumpuntur: uel in acquirẽdis: quarum acqsitio multipliciter impedit̃. s. inducendo: reuocando: scãdalizãdo: & seducẽdo: & ideo hoc ordine procedat̃ interrogãdo: si induxit aliquem ad peccatum: suadendo: consulendo: uel precipiendo: hoc est mortale: & fuit occasio ꝑditionis illius iuxta illud Augustini. Si fra/tri tuo male persuades: occidis. s. illum: quo ad animam ideo tenet̃ restituere damnum modo sibi possibili: inducẽdo eum efficaciter ad penitentiam: & uirtuosos mores uerbis orationibus & huiusmodi: Si reuocauit aliquem a meliori bono puta: a religione quia si retra/xit aliquem iam professum tenetur agere: ut reuertatur ad religio/nem: & si nolit: redire tenetur alium eque idoneum religioni procu/rare: & istud intelligo: quando retraxit ipsum intentione damnifi/

candi religiōem: secus autem si intentione utilitati proprie: siue spi
rituali siue temporali consulendi: non suggerēs aliquid falsum: nec
in fraudem: quia tunc nō tenetur ad aliquid religioni: sed persone:
quam retraxit: ut in bonis persuasionibus: & aliis bonis spirituali/
bus: si autem: quis auerteret aliquem a religionis ingressu: non sim/
pliciter: sed ab ea ubi uiuitur dissolute: in nullo tenetur. Si aliquem
damnificauit: ei exēplo suo malo scandalum prebēdo: sicut faciunt
plures pompis lasciuiis: & malis moribus subditos suos & quicunq
alii publice peccantes: tales. n. grauiter peccant precipue: quum cre
dunt alios in diuersa uitia propter eorum malum exēplum ruere: &
tenent satisfacere publice bonis exēplis & moribus quantum pos/
sunt. Nō tamē ppter hoc tenentur ad aliquam publicā penitētiam.

Preceptum octauum de prohibitione falsi testimonii.

Hoc precepto prohibetur generaliter omne mendacium: per/
niciosum: iocosum: siue officiosum ex libidine mortali dictū:
de quo dicitur: os quod mentitur occidit animam: mendacium uero
officiosum: & iocosum ex libidine ueniali dictum non prohibetur:
sicut nec in aliis preceptis prohibetur culpa uenialis: nullo tamē ca/
su mentiendum est: quia difficile est scire: an procedat a radice mor
talis libidinis: uel uenialis: poterunt sic ergo fieri interrogationes.
Si dixit falsum testimonium contra aliquē in iudicio: mortaliter pec
cauit: & ultra tenetur leso de omni damno. idem si certum asseruit
illud: de quo dubitauit: & est periurus in utroq casu: non tamen te/
netur significare se falsum dixisse propter periculum. Si extra iu/
dicium dixit mendacium pernitiosum contra honorem dei: uerita/
tem fidei: uel in damnum notabile proximi: spirituale: uel tempora
le: puta dixit fornicatiōem non esse peccatum: usuram: & huiusmo
di: seu negauit: q alius debet alteri dare: & ipse nouit: peccauit mor
taliter. Si in iudicio interrogatus a iudice suo iuridice mēdacium di/
xit: seu ueritatem tacuit: mortale est: si in predicatione studiose men
titus est: mortale est: si scienter in confessione mēdacium dixit mor
tale est: scilicet de necessario confitendis: si testimonium tulit pro pe
cunia: mortaliter peccauit & tenetur ei restituer: qui dedit: nisi de/
derit ad corrumpendum: pōt tamen accipere interesse: ut si perdit

operam propter hoc: si assiduitate: & mala consuetudine mentiatur etiam iocose: mortale uidetur. De detractione consequẽter possunt he fieri interrogationes. Si imposuit alteri falso aliquod crimen uerbo: cãtilena: uel libello famoso: per se: uel per alium: mortaliter peccauit: & tenetur ad restitutionem fame: declarando illis: corã quib⁹ detraxit se falsum dixisse: nisi ex hoc infamatus magis ĩfamaretur: uel immineret ei ingens periculum uite uel aliquod magnum inconueniens sequeretur. Si crimẽ alterius uerum: sed occultum manifestauit: mortaliter peccauit: & tenetur ei ad restitutiõem fame: inquãtum potest sine periculo: nisi illud crimen prius occultum: postea p aliam uiam fuerit publicatum. Si crimen alterius occultum manifestauit: non intentione diffamandi: uel alias nocendi: sed de quadam leuitate: uel loquacitate: non uidet' mortale nisi: per accidens ex illa manifestatione sequeretur eius infamatio: ut quia audientes scandalizati sunt. Si ad peccatum alterius: quod narrauit: addidit aliqd notabile ultra peccatum. tenetur ad restitutionem fame: si illud importat infamiã. Si narrauit crimen alterius coram aliis: nõ expresse asserendo: nec tãquã certum dicendo: sed ut audiuit: si intentione ledendi nõ excusatur a mortali: Si accusatus in iudicio de crimine: quod cõmisit: sed occulto negauit se illud cõmisisse & sic indirecte crimẽ imposuit accusatori ostendens: eum in hoc mendacem: non tenetur retractare negationem suam: tenetur tamen restituere famam accusanti: dicens non intellexit ueritatem: Si accusauit in iudicio uel denunciauit prelato crimen ue℞ alterius non zelo iusticie: sed odio peccauit mortaliter. Si bona facta ab aliis: dixit facta mala intẽtione propter odium: peccauit mortaliter: idem si tacet ea odii causa: quum sit necessarium dicere ad liberandum proximum: & hoc uerum presertim in foro conscientie. Si cum delectatione absq; resistẽtia audiuit detractores uel induxit eos ad detrahendum ꝓpter odiũ eius: cui detrahitur: non minus peccat: quã: detrahens: si uero peccatum ei non placuit: sed ex timore: uel negligentia: & huiusmodi: nõ contradixit: tantum ueniale uidetur: nisi ei: ex officio incumbat.

Nonum ꝑceptum de nõ concupiscendo uxorem proximi.

NOtãdum: quod: quamuis peccatum uoluntatis & operis unũ peccatum sint in radice. s. in libidine: & intentione: duo tamẽ

ſunt in effectu deordinationis: ideo ſicut ſexto pcepto decalogi p/hibetur actus exterior mechie: ita hoc prohibetur actus interior cõcupiſcentie: pro ut eſt in cõſenſu rationis: non autem p ut eſt in primo motu. ſ. ſuggeſtione: uel delectatiõe: prohibetur ſimpliciter: ſed ſecundum quid: poteſt ergo ſic interrogari. Si concupiuit aliquãdo cõmittere aliquod peccatum carnale cum muliere aliena: nam ſi deliberate: & cum conſenſu rationis ad hoc conſenſit: peccauit mortaliter: etiam ſi nullus effectus ſecutus ſit: idem ſi concupiuit peccare cum maſculo: dicitur. n. Qui uiderit mulierẽ ad cõcupiſcendum eam: iam mechatus ẽ eam ĩcorde ſuo: & qa (ut inquit ambroſius) intentio operi nomen imponit: ſequitur: q qualis eſt concupiſcẽtia: talis ſit ſpẽs peccati: exempli gratia: ſi cõcupiuit ſolutam: uirginem: ſtuprum eſt: ſi coniugatam: adulterium: ſi monialem: ſacrilegium: ſi conſanguineam: inceſtum: propterea de ſingulis huiuſmodi concupiſcentiis deliberate: & cum conſenſu rationis factis: oportet ſpecifice confiteri: cum debitis circunſtantiis: Nam totiens peccauit mortaliter: quotiens concupiuit factis aliquibus interuallis: ſed ſi uerſetᵭ continue in talibus deſideriis per ſpacium tẽporis: erit ſolum unum peccatum mortale: ſed tanto grauius quanto diutius in eo perſeuerat: idem ſi mutat cogitatiõem de una perſona ad aliam uel de una ſpecie ad aliam ſpeciem cum eadem perſona ſemper peccat de nouo mortaliter: unde ſi centum mulieres uideret unam poſt aliam: & eas ſingulatim deliberate carnaliter concupiſceret: centies mortaliter peccaret: quod ſi una cogitatione eas appeteret: unum ſolum peccatum eſſet: habẽs in ſe tot peccatorum deformitatem. Si preſtitit cõſenſum ſolum in cogitationis carnalis delectatione: licet non intenderet ullo pacto peruenire ad actum: peccauit mortaliter ſecũdum cõmuniter theologos: qui expreſſe aſſerunt delectationem carnalẽ moroſam: eſſe mortale peccatum.

Decimum & ultimum pceptum de non concupiſcendo rem proximi.

HOc precepto prohibetur omnis concupiſcentia rei aliene pariformiter: ut eſt dictum in precedenti precepto: ideo ſic poterit interrogari: ſi concupuit deliberate habere non modo licito: rem

alienam:& quid:& quomodo:ut habeatur species peccati:pcipue si est quid notabile: quod desideravit habere illicite: uel per medum illicitum: mortale est: & eiusdem speciei peccatum:ut si desiderauit occulte tollere:est furtum:si uiolenter rapere:rapina ē:si rem sacrā: sacrilegium:& sic de aliis non tñ tenetur restituere. Si quum aliqñ abstulit aliquid alicui: uel damnificauit:in minimo desiderauit tollere:quid magnum:mortaliter peccauit:ut sepe contingit: mercatoribus:qui plus se decipere cupiunt:quam actu decipiant.

De uitiis capitalibus & eorum speciebus.

PRo fundamento notandū ꝙ circa hec uitia potest homo duobus modis corde peccare mortaliter:primo modo quum aduertenter & deliberate cum cōsensu ratiōis delectatur cogitare super eo:quod est peccatum mortale:puta fornicationis:homicidii:rapine:furti:& huiusmodi:querens delectatiōem peccati cogitati.Nā hoc est mortale licet non intendat actu illud cōmittere & est eiusdē speciei cuius est illud : quod uersatur in mēte:secundo modo peccat quis mortaliter;quum cogitando id:quod ē mortalis culpe:illud appetit actu perpetrare:& si nunquā sequatur effectus: Nā in hoc uoluntas pro facto reputatur:poterunt ergo sic fieri interrogatiōes:& primo circa superbiam:que est initium omnis peccati:& habet secūdum gregorium quattuor species.Si bona:naturalia: tēporalia:uel spiritualia:q̄ habet:sibi attribuit: & non a deo habere recognoscit: si bona ipsa a deo recognoscens meritis suis pricipaliter recepisse existimauit:si ea bona:que non habuit sibi attribuit:uel plus q̄ habuit. Si reputauit uel reputari appetiuit se ceteris meliorem alios contēnens:nam in his quattuor speciebus semper est mortale.Si existimauit se dignum honorē: uel dignitate : & mente deliberata appetiuit:ore protulit:seu opere procurauit principaliter propter honorē: uel utilitatem temporalem:si appetiuit seu q̄siuit ad huiusmodi peruenire:etiam cōtrafaciendo preceptis dei : si opportuisset:mortale: est:si presumēs de uirtute sua:& supra uires suas temptauit ea: que non conueniunt eius cōditioni:arti:uel sciētie:quia si hoc fecit cum periculo expresso corporali:seu spirituali sui uel alterius:mortaliter peccauit.Si alterius facta dubia in malam partem deliberate iudica

uit sine ilitiis maifestis: mortaliter peccauit: si deliberate iudicauit de mortali: alias uenialiter: si de ueniali: si curiose scrutatus est ea: q̃ sunt supra capacitatē suā ut de trinitate: predestinatiōe: & huiusmodi: quia quandoq; potest esse peccatum propter periculum. Si scienter & pertinaciter contendit aduersus alterum contra ueritatem: & in rebus importantie mortale uidetur. Si ex contemptu non obediuit deo & ceteris superioribus suis spiritualibus & temporalibus in preceptis iustis: que pertinent ad eorum iurisditiōem: peccauit mortaliter: si uillipendit recepta dei beneficia: uel murmurauit de eis: seu in eorum contemptum aliquod peccatum cōmisit: quia mortale est: & peccatum igratitudinis. Si declinauit uel recessit ab obediētia pape: & scte.ro.ecclesie adherēs alicui antipape: scismatico: uel alicui secte reprobate: ē mortale & excommunicatio. Si fuit nimis pertinax in sententiis suis discrepans a cōmuni iudicio ceterorum ē periculosum: & potest quandoq; esse mortale: quādoq; ueniale: sed si discordauit ab aliis in his: que ordinantur ad dei honorem: uel ꝓximorum utilitatem: pro eo ꝙ male afficitur ad eos: uel ut ostendat pre ceteris se sapientiorem: mortale est: si contempsit uel derisit bonos uiros & simplices: uel deo seruire uolētes: ut sic eos retraheret: peccauit mortaliter. Si irrisit aliquem intendens ei ex hoc iniuriam eius uillicationem: & notabilem perturbationem: mortaliter peccauit: secus si ex leuitate aut causa ioci.

De inani gloria.

INanis gloria est inordinatus humane laudis appetitus: & ex genere suo est ueniale: potest tamen esse mortale dupliciter. s. ratione finis: propter quem laus appetitur: & ratione operis: in quo laus queritur: poterit ergo sic interrogari: primo si opera sua de genere bonorum: ut ieiunia: ecclesias: & orationes: & huiusmodi: fecit principaliter ad laudem humanam: uel ꝓpter lucrum: sicut pharisei: qui deuorabant domos uiduarum: simulantes longam orationem. Si quesiuit gloriam: & laudem ex opere peccati mortalis: peccauit mortaliter si hoc egit mente deliberata idem: si se laudauit de opere peccati mortalis. Si gloriam quesiuit de opere indiferenti: ut habere diuitias: uel uestes pretiosas: est ueniale: dummodo de se non

sint: ita inordinate: q habeant occasionem scandali. Si ita inordinate appetiuit laudem: & gloriam propter causam consequendam: paratus extitit etiam contra dei precepta facere: si mulier usa est uestibus preciosis: & aliis ornatibus ad ostentationem & inanem gloriã: mortale est: si adeo in eis oblectata est: ut non curaret propter hoc transgredi mandata dei. uel ecclesie: nec de ruina proximi: etiam si sciret eum inde scãdalizari: si uero: ut placeat uiro suo: uel ne contẽnetur ab aliis: talibus usa est: de se non uidet mortale. Si simulauit sanctitatem habere per opera exteriora: quum mal⁹ sit: si fecit hoc ad consequendam laudem humanam ibi constituens finem: uel intẽdens aliquid: quod sit contra honorem dei: seu utilitatem proximi: ut disseminare errorem: adipisci i digne ecclesiasticam dignitatem: decipere proximum: spiritualiter: uel temporaliter: puta ut citius ei dentur elemosine: quasi uiro sancto: ut faciunt multi questuarii in his omnibus: mortaliter peccauit si laudes hoium: uel reuerẽtie sibi exhibite deliberate ei placuerunt: principaliter ad propriam gloriã: mortale uidetur.

De inuidia.

INuidia ex superbia oritur: & est odium felicitatis aliene: seu tristicia de alienis bonis: & ex suo genere est peccatum mortale: quia directe cõtrariat charitati: que non emulatur: potest tñ esse ueniale: quum consistit in primo motu absq3 rationis consensu: & habet secundum gregorium filias: odium: exultationem in aduersis: tristitiam in prosperis: Susurrationem: & detractionem: põt addi & blassemia: poterunt ergo sic fieri interrogatiões: si iuidet alicui: puta prelatus de maiori prelatione & dignitate officialis existenti i digniori & meliori officio: Doctor doctori de maiori scientia: uel cõcursu: scholaris alteri scolari de acutiori ingenio: Mercator mercatori de maiori lucro. Ciuis ciui de maiori honore: & auctoritate: Artifex artifici de maiori concursu: lucro: & huiusmodi: Mulier mulieri de marito: pulchritudine: filiis & ornamentis: in his oĩbus si adest consensus rationis: est mortale: quia contra charitatẽ ꝓximi: quum doleat de eius bono: si tñ doleret de bono temporali alteri⁹: quia uidet illud redundare in detrimentum anime sue: talis dolor non est

peccatum: si odit deum: quia flagellauit eum: uel impediuit mala desideria eius: uel quia prohibuit peccata carnalia: & huiusmodi: mortale est. Si odit proximum optans ei aliquid notabile malum mente deliberata: mortale est: siue malum sit spirituale: corporale: uel temporale: Si uero malum ei optauit: nō ut malum: sed propter bonum eius: puta infirmitatem: & huiusmodi: ut efficiat̄ bon⁹ hoc non est odium: si odit unum: uel plures: & quanto tempore in odio perseuerauit: Nam quotiens odium meriti eius de inimici occurrit: & ipse nouo consensu rationis in illud consensit: totiens mortaliter peccauit: non tamen debet petere ueniam ab illo: quem odit: si odium secretum fuit: si exultauit animo deliberato de malo: & damno: seu de quauis aduersitate proximi: ex inuidia: mortale est: si contristatus est ex inuidia de bono: & prosperitate proximi: mortale est: si adest consensus rationis: De detractione uide supra precepto octauo. Si dixit blasphemiam in spiritum sanctum: que nec remittitur ī hoc seculo nec in futuro quia cōmittitur ex malicia: habet sex species quarum prima est inuiēdtia fraterne gratie. Secunda impugnatio ueritatis agnite. s. quum quis contradicit ueritati fidei: quam nouit. Tertia presumptio de impunitate. s. quum quis peccat assidue: & tamen presumit punitionem dei euadere. Quarta obstinatio mētis in peccatis cōmissis. Quinta desperatio: quum quis credit deum nolle: uel non posse ei parcere etiam penitenti: uel nolle eum seruare. Sexta in penitentia finalis quum quis firmiter proponit non penitere in futurum.

De Ira.

Ira: que oritur ex inuidia: secundum Augustinum: ē ulciscēdi libido: & ex suo genere est mortale peccatum: quia contrariatur charitati: que nō irritatur: nec cogitat malum: & hoc uerum: quando est ex uoluntate deliberata. i. cum consensu rationis: & habet filias sex: secundum Gregorium: Rixam tumorem mentis: contumeliam: clamorem: indignationem: & blasphemiam: de quib⁹ sic interrogari potest: si propter aliquā iniuriam: damnum illatum: uel nocumentum in se: uel in suos cōmissum appetiuit deliberate uindictam: seu punitionem offensoris quoquo modo per se: uel a deo uel

ab alio hac sola intentione: ut se uindicet: & satisfaciat animo suo irato: mortale ē: si uero sit sine consensu rationis: uel quid minimū: ueniale est: ut quottidie accidit curam rei familiaris gerētibus: si ira rixā fecit cum aliquo percutiendo iuicem. Nam si hoc fit animo nocendi uel iniuriandi: seu uindicandi in adultis: mortale est. Si tumore mētis inflat⁹ uarios modos se uindicandi ex cogitauit: & his multum mentem implicauit: potest esse mortale: & ueniale: secundum processum. Si dixit alteri uerba contumeliosa: animo iniuriandi dicendo ei defectum culpe. s. fur adulter: uel homicida & huiusmodi: uel defectu alio. s. rustice: serue: & huiusmodi: hoc tamen proprie dicitur conuicium. s. in properaū. beneficium: quod ei contulit: Nam in his omnibus mortale est: si ex liuore odii. s. causa dehonorandi: & ulsciscendi: secundum thomā: si dixit uerba iniuriosa seu contumelosa familie sue: discipulis: uel sibi subditis correctionis causa non est peccatum: nisi excedat: uel nisi diceret aliquid unde sequeretur eis infamia: uel scandalum: uel ꝙ esset quid notabile falsum: nam tunc esset mortale: uel ueniale: secundum excessum uerumtamen si prelatus subdito suo: pater filio: uir uxori magister discipulo: dominus seruo: dicit uerba contumeliosa ex correctione: & excedit modum: non tenetur petere ueniam a talib⁹. Si uero odio: & liuore uindicte dicerent: tenent⁹ ueniā petere: & reconciliare lesum priuate: uel publice: secundum ꝙ lata fuerit iniuria: si tamen post cōtumeliam: qui iniuriam recepit: cum iniuriante conuersatur: uidetur ex hoc remisisse iniuriam: si ex ira uocem exaltauit contra aliquem inordinate: seu confuse contra eum conuiciando: peccauit plus: & min⁹ secundum quantitatem excessus: si ex indignatione quam habuit subtraxit alicui signa charitatis extrinseca: & ostēdit expressiua interioris rancoris: peccauit mortaliter: quia cōtra charitatem: Nam ut dicūt theologi ex iniuriis illatis: quoquo modo tria solent oriri leso: primū est rancor in affectu. Secundo rancoris signum in effectu. Tertio est actio contra iniuriantem: primum. s. rancorem tenetur statim: quis dimittere etiam si non rogetur: Secundum tenetur dimittere: & ueniam concedere ueraciter eam petenti. i. parato emēdare secundum facultatem suam: tertium autem nō tenetur dimittere nisi facta satisfactione nec tenetur de necessitate salutis: ille: cui irrogata ē iniuria: querere amicitiam seu reconciliationem iniuriantis: ne ei sit oc/

casio mali: puta quia ex hoc iniurians superbiret: uel audaciam su/
meret talia faciendi: nisi in casu. s. quum crederet probabiliter: ꝙ ꝓ
pter hoc liberaret animam eius a mortali peccato: licet etiã iniuria/
to subtrahere se ab eius familiaritate ꝓ maiori sui pace: sed ei loquel
lam oino tenere siue obuiando: siue uultu toruo aspicere nunquam
licet: quia sunt iudicia odii mortalis. Si blasphemauit aliquẽ animo
deliberato: ut eueniret illi talis blassemia: mortale est: si maledixit
creaturas rationales in detestationem creatoris: uel in damnum do
mini earum: mortale est. Si blassemauit animas parentum suorum
defunctorum: uel etiã aliorum: uidetur mortale: idẽ si se ipm ex ira
maledixit: si blassemauit diabolũ: si fuit partialis: & ita animo obsti
nato: ꝙ appetiuit damnum: exilium: uel exterminium cõtrarie par
tis per fas: & nephas: paratus etiam in his: que sunt peccati sequi
suam partem: mortaliter peccauit: & est in statu damnationis: & si
uerbo: signo: uel facto partialem se ostendit: mortaliter peccauit.

De Accidia.

ACcidia: que secundum damascenum: ẽ tristitia aggrauãs ani/
mum hominis: ut nihil ei agerẽ liceat: ex ira oritur: & secundũ
genus suum est mortale: si ex rationis consensu in his: que propter
deum cuilibet imminent facienda: puta quum aliquis cõsentit in de
testationem boni diuini carne contra spiritum omnino preualente.
Si tamen est absqꝫ rationis consensu ueniale ẽ: & habet sex filias. s.
maliciam: rãcorem: pusillanimitatem: desperationem: torporem: &
mentis uagationem: ideo poterit sic interrogari. Si ita contristatus
est & adeo eum teduerit: ꝙ habuerit ĩ horrorem bona diuina: & spi
ritualia: seu opera uirtuosa: ad que tenetur ex dei precepto: uel eccle
sie: seu alterius sui superioris: nam hoc est mortale: si affuerit cõsen
sus rationis: si ita ꝙ contristatus est: ꝙ nollet esse natus: nec creat⁹:
uel uellet mori: qualitercunqꝫ: dummodo uitam finiret: nam quili/
bet horum est mortale: ut supra: si ita contristatus ẽ de aliquo casu:
ꝙ penitet eum benefecisse: uel proponit a bono desistere: mortale ẽ.
Si ita contristatus est de aliquo casu aduerso: ꝙ incurrerit ꝓpter hoc
infirmitatẽ: ꝑdiderit somniũ: dimiserit cibum: uel huiusmõi: nr̃ mor
tale: si in hoc se potuit iuuare: & noluit: ĩ reliqs: q̃ nõ sunt ꝑcepti: uel
etiã si sint precepti: sed absqꝫ cõsensu rõnis; ueniale ẽ huiusmodi tri/

ſtitia. Si contempſit: ſeu indignãter ſuſtinuit corrigentem: & ꝓpter hoc eum odio habeat: mortale eſt. Si ex uagatione mentis fuit ſomnolentus diſtractus: & inquietus in oratione: predicatiõe: & officiis diuinis: uel etiã extra diuina cogitauit uana: & inutilia: hoc ueniale eſt: niſi addatur aliud peccatum: uel ſi uoluntarie ſeu neglıgentia accurata euagetur: per totum officium: ad quod tenetꝰ ex ꝑcepto.

De Auaricia.

AVaritia eſt inordinatus appetitus habendi. Cõmittitur tripliciter. ſ. iniuſte acquirẽdo: tenaciter tenẽdo: & inordinate amãdo: & in his tribus auaricia eſt peccatum mortale quum contrariatur charitati dei uel proximi: ut ſi propter amorem diuitiarum: quis non uereatur facere contra amorem dei: & proximi: uel cum amor: & appetitus eſt ita immoderatus temporalium bonorum: ut conſtituatur in eis ultimus finis: alias eſt ueniale. ex ea ſeptẽ peccata oriũtur. ſ. obduratio: inquietudo: uiolentia: fallacia: periurium: fraus: & proditio: ſed quia plura de pertinentibus ad auariciam tacta ſunt ſupra precepto Septimo: que reſtant breuiter dicentur.

Illicita acquiſitio.

SI ex immoderato appetitu lucri hinc inde diſcurrens maiorẽ ſolicitudinem adhibuit circa temporalia: quam ſaluti neceſſaria: mortale eſt. Si ex auaricia prodidit ciuitatem: ſiue terram auferens ab eo: cuius ſunt: alteri tradendo: qui ibi ius non habet: mortaliter peccauit: & tenetur de omnibus damnis inde ſecutis: ſi tradidit dominum ſuum: uel alium in manibus occidendum: uel impediẽdum a negociis ſuis: mortaliter peccauit & tenetꝰ ad omne itereſſe: Si ſecreta domini iniuſte reuellat: peccat mortaliter: ſecus ſi ſecreta iniqua: ut puta coniurationes & tractatus contra rempublicam: uel quemuis alium prodidit ex charitate: Si nõ ſeruauit pacta: & fidem promiſſam: & conuentiones licitas: mortaliter peccauit: & tenetur ad intereſſe: ſi uera ſigilla corrupit: uel ſigillum littere clauſe apuit: mortale ẽ: niſi poneret ſpem in ratihabitione dirigentis: uel eius in cui dirigıꝰ. Si aliquid illicite: & turpiter acqſiuit ꝑ ludum taxillorꝫ:

cartharum: & huiusmodi: si ex cupiditate lucri: & auaricie: mortale est: si uero non lusit ex cupiditate: sed causa recreationis pro esculēto & poculēto: nec cōtra legē ludit .i. cum dolo: his oībus cōcurrētibus: talis ludus non uidetur prohibitus. Si tali ludo aliquid acquisiuit ab his: qui alienare non possunt: ut sunt furiosi: minores. xxv. annis: & precipue pupilli: mentecapti: surdi: muti: & ceci: & qui perpetuo morbo laborant: religiosi: clerici quantum ad res ecclesie: filii familias non emancipati: nisi peculium castrense: uel quasi habeāt: uxores nisi habeant res ꝓprias. Qui igitur ab his per ludum acquisierit: restituere omnino tenetur tutoribus: uel curatoribus: uel prelatis: aut dominis eorum: nisi forte sit: quid minimum: Si ludendo uicit per fraudes: puta utendo falsis taxillis: uel aliter decipiendo: restituere tenetur de iure diuino ei: qui amisit: uel habēti curam eiꝰ secūdum thomā. Si tempore messium: uel uindemiarum: emit granum: uinum: uel fructus: ut congreget ita ꝙ ceteri cogantur ab eo emere: & ipse possit ad libitum uendere: mortaliter peccauit: & debet lucrum erogari pauperibus: de consilio: non de necessitate: nisi ex tali emptione aliqui forentꝰ damnificati: ꝙ probabiliter extimari uidetur: quando notabilem quantitatem respectu loci emisset: idem de his: qui emunt monetas: uel alias res: ut caristiam inducant.

Iniusta retentio.

SI scienter: & animo retinē di retinet: ea: que restituere tenetᷣ: mortale est: si conducens aliquem operarium. in opus: uel ministerium: quodcunqꝫ notabiliter paruo precio conduxit: uel mercedem operis ei dare multum distulit: quum potuit: seu de conuento pretio defalcauit: aut loco pecunie debite sibi res dedit: quas oportuit eum uendere cum amissione: in omnibus his ultra peccatum tenetur ad omne damnum: quod pertulit.

Inordinata affectio.

SI appetitu completo appetiuit alienum: ita inordinate: ꝙ si facultas adesset: ope compleret: etiam cum dei offensa: mortale est: si iuste acquisita: ita inordinate diligit: ut eis inhereat: & fini: cuius signum est: si ea perderet: paratus ē facere contra preceptum

ecclesie: mortale est: quum proponat creaturam creatori. Si pdigali ter expendit substantiam suā in edificiis sumptuosis: eqs: conuiuiis & aliis ornamentis: mortale est: si fuerit notabilis excessus ultra cō ditionem status sui: alias in modico est ueniale.

De duobus peccatis carnalib⁹ & primo de gula.

GVla: que secundum Augustinum: est immoderata cibi: & po tus: auiditas: ex suo genere ueniale ē: & secūdum Gregoriū: habet septem filias .s. scurrulitatem: multiloqum: ineptam: leticiā: hebetudiem mentis: immundiciam: castrimargiam: & ebrietatem: & peccatur per eam quinq modis: pre: propere: laute: minis arden ter: studiose: de quib⁹ sic pōt interrogari. Si comedit: uel bibit nimis laute excedens mensuram sue complexionis in quātitate cibi & po tus: aduertenter: & ex certa scientia ingurgitauit: sicut fit a plerisq in carnispriuio: mortale est: si nimis ardenter comedit: paratus trās gredi preceptum dei: uel ecclesie: puta absq necessitate soluere ieiu nium: uel comedere carnes tempore phibito: ut satisfaciat delecta/ tioni gule: mortale est: Non. n. usus ciborum: sed concupiscentia in uitio est: Si nimis studiose cibaria: & uina preciosa: quesiuit & pre/ parauit: ut cum uariis saporibus & diuersis modis circa hoc ponens finem suum non parcendo expensis ultra conditionem suam: nec la boribus aliorum: ut satisfaciat gule delectationi: mortale est: alias ueniale. Si propter gulam scienter usus est cibo notabiliter nociuo: ex quo uerisimiliter credidit incurrere magnam lesionem corporis: mortale uidet᷑: Si comedit carnes in quadragesima: uel aliis ieiuniis ecclesie: uel sextis feriis: aut sabbato: non urgente necessitate: pec/ cauit mortaliter: Si bibit usq ad ebrietatem aduertens quantitatē nimiam: uel potentiam uini sufficiētem ad inebriandum: uel de hoc dubitans probabiliter: peccauit mortaliter secundum thomā: idē si ebrietas sit frequens & assidua: si induxit aduertēter aliquem: ut se inebriaret: ponēdo sal in uino ad hunc finem: mortale uidet᷑: si indu xit aliquē: ut absq rōnabili causa frāgeret ieiunium: peccauit mor/ taliter: si habuit ineptā leticiā: idest lasciuiam carnis demōstrauit in mente per gesta corporis extrinseca inordinata: ut solet fieri in iocis & choreis: que sunt cum peccato mortale in quinq casibus. Primo

quum fiunt ex libidine. Secundo quum fiunt i ecclesiis: & locis deo dicatis: quia quasi sacrilegium. Tertio: quum fiunt a religiosis cum mulieribus: ratione scandali. Quarto quum fiunt cum tanta inani gloria: q ibi constituitur finis. Quinto: quando tales chorizātes nō curant de scandalo proximi inductiuo etiam ad lasciuiam. Si ex nimia repletione accidit ei in somnis immundicia seu pollutio preter intentionem: ueniale est: Si uero hac intentione principaliter se repleuit: ut. s. haberet pollutionem siue in somnis siue in uigilia: mortaliter peccauit: etiam si causa sanitatis fecerit: potest tamen contingere pollutio in uigilia absq mortali: si contingat sine procuratione preter uoluntatem.

De luxuria.

Luxuria: que ex gula sepe oritur: est inordinatus appetitus delectationis ueneree & ex suo genere est mortale: quia contra illud preceptum nō mechaberis: & septem modis distinguitur: & qa satis dictum est de quinq supra precepto sexto & nono: restat interrogare solum de duobus ultimus. s. de colloquio: & lasciuio tactu: si quoq modo uerbis & colloquiis lasciuiis procurauit iducere mulierem ad peccatum carnale: siue cantilenis: siue aliis huiusmodi: mortale est: si litteras scripsit: portauit: uel recepit prouocantes ad lasciuiam aduertenter: mortaliter peccauit: Si associauit aliquem: quem nouit ire ad peccandum: mortalitet peccauit: si fuit mediator inter aliquos ad huiusmodi turpia complēda: mortaliter peccauit: si osculatus est: uel amplexus uel alias tetigit aliquam muliererem: non suam: uel masculum: cum libidinosa delectatione: mortaliter peccauit: etiam si non prosequatur ulterius ad actum turpem secundum thomam: & quicquid homo agit ex consensu talis delectationis ad hoc: ut eam nutriat: uel teneat: ut sunt aspectus: tactus: amplexus: & oscula libidinosa: uel quicquid est huiusmodi: totum est peccatum mortale: & si uno tempore continuentur: habentur pro uno peccato solum: sed tanto grauius quanto plura huiusmodi occurrunt. Si uero diuersis temporibus uel interuallis fiant: sunt diuersa peccata: Ideo in huiusmodi interrogādum' est sigillatim de necessariis circunstantiis. s. ubi cōmissum est peccatum: quando: & quotiens.

De septē operibus misericordie spiritualibus: que in infrascripto uersu continentur.

COnsule: castiga: solare: remitte: fer: ora. Si cōsuluit & docuit ignorantem precipue ad salutem necessaria: ut precepta dei: & ecclesie: articulos fidei: & huiusmodi: Nam ad hoc uidetur teneri saltem: quo ad familiam suam: quātum potest bono modo: Si ipse predicta neglexit discere: & ad predicationem ire precipue existens indiota: mortale uidetur: si fuit negligens ad correctiōem fraternā: quā teneret̄ .s. de peccato occulto mortali: & speraret ide emēdationē fratris: nam eo casu omittendo eam: omnino mortaliter peccauit: secus autē si tardauit pro maiori opportunitate. Si tēpore infirmitatis neglexit procurare sibi: & sue familie: sacramenta ecclesie: & si quis absq eis ex sua negligentia: uel dilatione defunctus ē: precipue proles: sine baptismo: mortale uidet̄. Si quātum licuit tolerauit malos: & persequentes natura: & conditione rudes moribus: & conuersatione insolentes: Nam in hoc consistit magna perfectio.

¶ Si orauit pro salute omnium pro ut tenetur. Nam quilibet de necessitate debet orare. Primo pro salute propria. Secundo ꝓ iustis: ut in dei gratia perseuerent. Tertio pro peccatoribus etiam inimicis ꝓpriis: ut conuertantur: Nam quilibet in cōmuni saltem tenetur orare pro inimicis: Mathei Septimo: alias qui excluderet eos a cōmuni oratione mortaliter peccaret secundum doctores: Quarto pro defunctis: qui sunt in purgatorio: ut a penis citius liberent̄: & cum beatis uisione diuina perfruantur.

De septem operibus corporalibus: que in hoc uersu continentur.

VIsito: poto: cibo: redimo: tego: colligo: condo ꝓ horum declaratione sciendum: ꝙ hec misericordie opera sunt omnibus tā quam obligatoria: & cadunt sub precepto de proximi dilectione: ad cuius precepti dilectionem: pertinet: non ut diligamus tantum uerbo: & lingua: sed opere: & ueritate: sed quoniam hoc preceptum est affirmatiuum: ideo licet obliget semper: non tamen ad semper: sed ꝓ loco: & tempore: iuxta ꝙ exigit ratio: & ordo charitatis: q uult:

ꝙ exponatur corpus pro anima proximi: & substantia pro eius salu
te corporali: poterit ergo sic interrogari: primo si exposuit corpus ꝓ
anima ꝓximi stantis in periculo damnationis: exēpli gratia: quum
seduceretur a fide ab hereticis: seu infidelibus: si potuit eum a tali
periculo liberare sine periculo proprie anime licet cum periculo pro
prie uite corporalis: & nō fecit: mortaliter peccauit scd̄m doctores.
Si aliquando sciuerit aliquem in extrema necessitate ab omnibus
derelictū dolere: sitire: clamare: anxiari: auxilium postulari: & a ne
mine subueniri: Nam hoc casu: quum uerisimiliter non tantum de
corpore: sed ēt de eius dubitetur anima: quilibet talem hominē dere
linquens nec subueniens: homicida est. Quo ad substātiam: Secun/
do si quum potuit: non uisitauit infirmos uel tribulatos subuenien/
do eis de medicis: & medicinis: quum idigerēt: nam ad hoc tenetur
quilibet ꝓ posse iuxta modum inferius annotatum: & qui de substā
tia non potest subuenire: studeat dulcibus uerbis consolando: si nu
dum: quum potuit uestimento cooperuit: Nam luc. Tertio dicitur
qui habet duas tunicas: det unā non habenti: & pro una tunica in/
telligitur uestimētum: quod est habenti: & ei⁹ familie necessarium:
pro alia uero intelliguntur cetera que sibi & eius familie sunt sup/
flua: & de his precipitur pauperem nudum uestiri. Si peregrinos in
domum propriam hospitio collegit: nam ad hoc multipliciter indu/
cimur exemplo sanctorum: proinde apostolus hebre. xiii. ait hospi/
talitatem nolite obliuisci. Si pro debitis īcarceratos inopes redemit:
magnum est opus misericordie: precipue quum iniuste retinētur cō
tra multos crudeles exactores: qui delectantur eorum cruciatu cor/
porali: quod est ualde detestabile: nec licet quacunq; causa debito/
ri inopi auferre uestimenta a dorso: seu a lecto & quibus necessario
ipse utit᷑: & uxor & filii ei⁹: Exodi. xxii. nec cōtra hoc uallet ulla lex
si sepulturam mortuis exhibuit: precipue quum nemo ali⁹ adesset:
qui hoc faceret: Nam & hoc numeratur inter opera misericordie.
Nunc autem: ut sciatur: quādo quis ex precepto teneatur subueni
re: & elemosinam facere indigenti: duo consideranda sunt. s. facul/
tas habentis: & misericordia indigētis. Si igitur quis habet aliquid
superfluum ultra id: quod ad necessarium sustentationi nature pro
prie ac familie sue: & non subuenit existenti in extrema necessitate
scilicet qñ apparent probabiliter signa extreme necessitatis future:

& hoc ipse nouit: mortaliter peccat secundum Thomam de necessa rio uero ad sustentationem nature proprie & familie sue. s. sine quo non potest uiuere ipse & familia eius non tenetur elemosinam face re secundum eundem. Si quis habet aliquid superfluum nature su/ stentationi: necessarium tamen decentie status de tali necessario te netur ex precepto dare elemosinam: & subuenire proximo nón tan tum existenti in extrema necessitate: sed etiam existenti in arcta: si immineát signa probabiliter extreme egestatis: ut uidetur innuere illud Iob: qui habuerit substátiam huius seculi: & fratrem suum ui derit necessitatem habere: & clauserit uiscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in illo: quod uidet sonare nó solum de extrema: sed etiam de notabili & uerecunda necessitate proinde Luc. xi. dici tur: quod superest: date elemosinam: nisi quando dare elemosiná de nulli necessario condecentie proprii status: cederet ad magnum dá/ num: & periculum corporis: & anime: Si habet aliquid superfluum utriq; necessitati. s. nature: & condecentie proprii status: & non sub uenit magnas necessitates: & miserias sibi notas: uidet peccatum. alia cum tempus dabitur.

FINIS.

Impressum Taurini per Ioannem Angelum & Bernardinum fra tres de Sylua Anno Dñi M.ccccc.xvii. Die xxii. Mésis Se tembris.

berum corpus non recipiat extimatiōem. & damnum illatum sit ex cōmissione fiet extimatio interesse etiam extrinseci. & sic homic/ da tenebitur ad mercedes medicorum. & alias expensas in curatio/ ne factas. tenebitur etiam alere filios. aut propinquos. & pauperes. quos operibus manuum suarum occisus sustentabat. uel aliter sub/ ueniebat. si uero occisus erat seruus: idem dicendum. ut fiat extima tio secundum ualorem serui. Si damnificauit aliquem mutilādo ma num. uel pedem. debet correspondere pena non solum ad expensas medicorum in curatione illius. sed etiam. ad satisfactionem damni. & impediti lucri pro toto tempore. quo usurus erat illo mēbro. quo abscissus est. & habeatur cōsideratio ad artificium seu exercitium hominis mutillati. tenetur etiam truncator diues alere a se tru tum. nō tamen fiet extimatio cicatricum. nec corporis deform... Si damnificauit aliquem uulnerando. tenetur ad expensas medico/ rum. ut supra. idem si iniuste incarcerando tenetur ad satisfactionē iniuriarum. iudicio sapientis. & ultra hoc tenetur percussor seu in/ iurie illator p aīa occisi orare elemosinas facere. & aliquam peregri nationē assumere. in quantum potest. & a ceteris percussis. seu... pro iniuria ueniam petere. & sibi eos reconciliare

De damno spirituali motum.

IN bonis naturalibus anime. nec mo... pōt quis directe alium damnificare. sed bene indirecte dupliciter uel in acquisitis uir tutibus. que per uitia corrumpuntur: uel in acquirēdis. quarum ac qsitio multipliciter impedit̄. s. inducendo. reuocando. scādalizādo. & seducēdo. & ideo hoc ordine procedat̄ interrogādo. si induxit ali quem ad peccatum: suadendo. consulendo: uel precipiendo. hoc est mortale. & fuit occasio pditionis illius iuxta illud Augustini. Si fra/ tri tuo mal... persuades: occidis. s. illum. quo ad animam ideo tenet̄ restituere damnum modo sibi possibili. inducēdo eum efficaciter ad penitentiam. & uirtuosos mores uerbis orationibus & huiusmodi: Si reuocauit aliquem a meliori bono puta. a religione quia si retra/ xit aliquem iam professum tenetur agere. ut reuertatur ad religio/ nem. & si nolit. redire tenetur alium eque idoneum religioni ... care. & illud intelligo. quando retraxit ipsum intentione d...

